

ALLEN COUNTY PUBLIC LIBRARY
3 1833 01087 6545

HISTOIRE GENEALOGIQUE DE LA MAISON DE GONDI.

Par Monsieur DE CORBINELLI, *Gentilhomme originaire de Florence.*

TOME PREMIER.



A PARIS,
Chez JEAN-BAPTISTE COIGNARD, Imprimeur ordinaire du Roy, ruë saint Jacques, à la Bible d'or.

M. DCC. V.

AVEC APPROBATION ET PRIVILEGE DE SA MAJESTÉ.

NOi infrafcritti negozzianti della Città, e Piazza di Firenze facciamo piena, & indubitata fede a chi s'afpetta, qualmente il foprafcritto Signor Giouanni-Antonio Pecorini, che fi è rogato del prefente tranfunto, è tale, quale fi fà, Notaio publico Fiorentino legale e fede degno, & alle di lui fcritture, rogiti, fofcrizioni, e fimili gli fi è fempre præftato, e di præfente li fi præfta piena, & indubitata fede in guidizio, e fuori da tutti indiffirentemente, in fede di che ci fiamo fofcritti di noftra propria mano quæfto di XIII. Aprile 1703. in Firenze.

Jo. Orazio Montauti mano propria.
Giufeppe Frefcobaldi mano propria.

CONTRACT DE RATIFICATION de la vente des terres, que Pierre & Cambio fils de Manieri fils d'Orlando-Bellicozzo font à Sapo & Neri fils de Pierre fils de Manieri leurs neveus l'an 1289.

IN Dei nomine Amen. Dominicæ Incarnationis anno millefimo ducentefimo octuagefimo nono, indictione tertiâ, die tertiâ decimâ menfis Februarij, &c. Certum eft quòd Dominus Pierus, & Cambius fratres filij olim Manieri Bilicozzi de Florentiâ, dederunt, vendiderunt, & tradiderunt jure proprio in perpetuum Benuccio filio Senni del Bene populi fanctæ Trinitatis de Florentia ementi, & recipienti pro Domino Seno patre fuo, fuifque hæredibus, & cui conceflerit integrè videlicet, quinquaginta duos ftariora & tres panora terræ pofitæ in populo fancti Laurentij de Campi, loco

dicto Vallachio ad unum foveis in medio se tenentis, quam totam terram sic confinari dixerunt à primo via. 2°. vanni imbusi, & filiorum Boninsegne del Bicco. 3°. de Senni emptoris. 4°. Pucci vocati maronis. Item viginti-sex stariora & panora septem terræ in pluribus petiis ad unum in medio se tenentibus, quas omnes terræ petias sic confinari dixerunt a primo via. 2°. Dominarum reclusarum monasterij de Monticellis. 3°. dictarum Dominarum de Monticellis, & Trincie Domini Daiuzzi. & 4° hæredum Puccij Tedeschi pro pretio, & nomine pretij librarum quatuordecim Floren: parvor: pro quolibet starioro, quod pretium capit in summa librarum mille centum tres, solidorum tredecim & denariorum quatuor dictæ monetæ, & ipsam venditionem promissionibus, obligationibus & renunciationibus firmantes eidem Sennuccio, ut dictum est, recipienti inter cætera promiserunt se facturos & curaturos, quod Lapus, & Neri fratres filij olim Persi Manieri prædictam venditionem & contractum ratificabunt, dictoque emptori ad certum terminum similem venditionem facient de prædictis, ut de prædictis omnibus constat per publicum instrumentum factum manu mei Aldobrandini Notarij infrascripti sumptum ex imbreviaturis Uguccionij de Campi Judicis & Notarij infrascripti. Quare præsenti die jam dictus Lapus filius olim Persi Manerij pro se ipso suo nomine se in solidum obligans, & etiam tamquam procurator Neri filij quondam Domini Persi Manerij de Florentia fratris sui ad infrascripta omnia legiptimè constitutus ab eo per cartam factam manu Acardi de Gencis publici Imperiali auctoritate Notarij Procuratoris nomine pro eo similiter se in solidum obligans, lectâ sibi serie ip-

ſuus contractûs venditionis, dictam venditionem pretij confeſſionem, poſſeſſionem, conceſſionem legiptimè defenſionis ipſius terræ, ſeu terrarum defenſionem, & omnia & ſingula in dicto venditionis inſtrumento contenta ratificavit, & confirmavit, aſſerens ſe & dictum fratrem ſuum cum prædictis Domino Piero, & Cambio venditoribus totum prædictum pretium participaſſe, & in omnem eorum utilitatem, & commodum verſum eſſe; promictens atque conveniens ſtipulatione legiptimâ, & ſolepni, dictus Lapus obligans ſe ſuo proprio nomine in ſolidum, & etiam dictum fratrem ſuum procuratorio nomine ſimiliter in ſolidum: ut eſt dictum, ac ſuos, dictique fratres ſui hæredes, & bona dicto Benuccio recipienti pro dicto Senno, ſuiſque hæredibus, & cui conceſſerit, ſupradictas terras, ſeu terram, earumque fructus, redditus & proventus ſibi Senno, ſuiſque hæredibus aut cui conceſſerit ab omni perſona, loco, & Univerſitate & Collegio legiptime, & ſecundùm uſum, conſuetudinem, & ſtatuta Comunis Florentiæ in judicio, & extra defendere, auctorizare, & totaliter expedire, & maximè ab omni hæreſi inquiſitione quacumque, & Inquiſitore hæreticæ pravitatis, ipſorum venditorum propriis ſumptibus, & expenſis, Judicibus, & Advocatis in omnem litis eventum. Et ſi contingat de dicta terra, ſeu terris, aut earum fructibus ipſi Senno, ſuiſque hæredibus, aut cui conceſſerit in totum, vel in partem quæſtionem, vel litem de jure vel de facto moveri, infra octo dies poſt requiſitionem eis factam per publicum inſtrumentum, omni aliâ requiſitionis neceſſitate remotâ in Judicio comparere, & ſtare ſine emptore, & libellum & queſtionem in ſe recipere, & proſequi uſque ad finem litis, & appellare, & appellationem


pellationem prosequi quotiens expediet suis Lapi & Neri propriis expensis, & Advocati in omnem litis eventum. Remissa ex nunc prout ex tunc dicto Emptori, & suis hæredibus ex pacto, necessitate, & opportunitate denuntiandi aliter quam dictum sit, causandi, appellandi, causam & appellationem prosequendi qualiscumque sequatur eventus: & acto inter eos expressim, quod opponi non possit, vel debeat dicto emptori, vel suis hæredibus, si fortè motâ sibi lite de dicta terra, vel terris, vel parte ipsarum causando succumbat, quod sibi facta fuerit injuria, vel injustitia, vel quod ei aliquâ culpâ, defectu, vel negligentiâ evictio fuerit subsecuta. Et dictam ratificationem, & omnia, & singula supra scripta ab eo Lapo tam suo nomine, quàm Procuratorio nomine dicti Neri fratris sui acta, & promissa perpetuò firma, & rata habere, tenere, & observare, & non contra facere nec fecisse per se, vel alium aliquâ causâ, vel ingenio, de jure, vel de facto: sub pœna & nomine pœnæ dupli ejus unde lis esset, & insuper dupli pretij supra scripti cum refectione damnorum, expensarum, & interesse litis, & extra & sub obligatione omnium suorum Lapi & Neri bonorum, & post prædicta omnia, & singula totaliter observare, Renuntians utroque nomine sæpe dicto exceptione non celebrati contractus, non factæ ratificationis, & omnium prædictorum non legiptimè, ac solepniter peractorum novorum, Constitutionum, & Epistolæ divi Adriani beneficio, exceptioni doli, conditioni sine causa, in factum actioni, omnique alio legum juris & constitutionum auxilio, Canonumque suffragio sibi vel dicto suo fratri modo aliquo pertinenti. Quorum quippe Domini Pieri & Cambij venditorum, & Lapi ratificato-

ris rogantis pro ſeipſo, & procuratorio nomine pro dicto Neri precibus, & mandato, Taldus quondam Beſi Magalotti populi ſancti Florentij, & Coccius quondam Ranerij de Guidalottis populi ſancti Petri Scheradij, in omnem prædictam cauſam fidejuſſores pro eis, & utroque ipſorum ſe principaliter, & in ſolidum obligans, promiſerunt, & ſolepniter convenerunt dicto Benuccio recipienti, ut dictum eſt, dictas terras, ſeu terram, earumque fructus, & redditus perpetuò ab omni homine & univerſitate ipſi Senno, ſuiſque hæredibus, & cui conceſſerit, defendere, diſtinguere in totum, & per omnia, ut promiſerunt, & fecerunt Dominus Pierus, Cambius, & Lapus prædicti, & cum eiſdem pactis, conditionibus, promiſſionibus & obligationibus, & ſe facturos, & curaturos omni exceptione remotâ, quod dictus Dominus Pierus, & Cambius venditores venditionem prædictam ab eis factam, dictique Lapus, & Neri ratificatores ratificationem prædictam, & ipſi omnes generaliter omnia, & ſingula ab eis acta, & promiſſa in totum obſervabunt, & perpetuò firma, & rata habebunt, ut per omnia promiſerunt, ſub pœna dupli ejus unde lis eſſet, & inſuper dupli pretij ſupra ſcripti: cum refectione dapnorum, & expenſarum, & ſub obligatione omnium ſuorum bonorum, & poſt prædicta omnia firma tenere. Renuntiantes novarum conſtitutionum, & epiſtolæ divi Adriani beneficio, fori privilegio, exceptioni doli, conditioni ſine cauſa, in factum actioni omnique alio legum, juris, & conſtitutionis auxilio eis, vel eorum alteri pertinentis. Ad hæc Domina Gemma uxor dicti Lapi ratificantis præſens habito dicti ſui viri conſenſu dictæ venditioni ab ipſis Domino Piero, & Cambio, ac dictæ

ratificationi à dictis Lapo suo viro, & Neri fratre dicti Lapi factis de dicta terra, seu terris, & omnibus & singulis in dictis venditione, ac ratificatione contentis, voluntariè consensit, & parabolam dedit, & interrogata, & certiorata de jure suo hypotecario per Uguccionem Judicem, & Notarium infrascriptum ab ea congrua renuntiatione secuta renuntiavit omni suo juri quod habet, vel habere posset in dicta terra, seu terris venditis occasione dotum suarum, vel donationis, vel alia quacumque de causa, idem jus suum dicto Senno emptori remictens, necnon promictens dicto Benuccio recipienti, ut dictum est, non præferre jus suum juri dicti Senni emptoris, quia prior tempore, aut jure potior habetur: sed prædicta omnia, & singula perpetuò firma, & rata habere, & tenere, & non contra facere, nec fecisse aliquo modo, vel causâ, vel sub pœna dupli ejus, unde lis esset, & insuper librarum trecentarum Floren: parvor: cum refectione dapnorum & expensarum, & sub obligatione omnium suorum bonorum. Ratis semper manentibus omnibus & singulis supra scriptis. Renuntians exceptioni non celebrati contractûs, certificationis supra non factæ, non præstiti consensûs, & omnium prædictorum non legiptime, ac solepniter peractorum, exceptioni doli, conditioni sine causa, in factum actioni, omnique alio auxilio sibi modo aliquo pertinenti. Quibus Lapo pro se, & dicto suo fratre ratificatore, Taldo, & Coccio fidejussoribus Dominæ Gemmæ consentienti, prædicta omnia volentibus confitentibus, promittentibus, & guarentigiantibus Uguccione de Campi Judex, & Notarius infra scriptus, qui hæc rogari, & imbreviari præcepit, ut sibi licebat per guarantigiam Capituli, constitutionum Communis

Florentiæ nomine juramenti, quatenus, ut dictum est, faciant, ac prædicta omnia perpetuò firma teneant & obſervent.


Actum Florentiæ præſentibus Lapo quondam Donnellini Bono quondam Franceſchi Bonromani, & Ughetto quondam Buonï populi S. Florentij Neri Puccij, Carini teſtibus ad hæc vocatis, & rogatis.



Ego Aldobrandinus Judex, & Notarius, filius ſer Ughiccionis de Campi Judex, & Notarius prædicta omnia ab eo rogata, & imbreviata ex commiſſione mihi ab eo facta ſcripſi, & in publicam formam redegi.



Cet acte a eſté expedié ſur l'original par Jean Evangeliſte Ulimente Miccineſi le 19. Janvier 1698.



Et legaliſé le meſme jour & an par Meſſire Nicolas de Caſtellani Grand Vicaire de l'Eminentiſſime Cardinal Morigia Archevêque de Florence, & enſuite atteſté par les Negocians ou Banquiers Expeditionnaires de Florence le 20. du meſme mois & an, & ont ſigné, Sinibalde Corboli, & François Tempi,

FORTE fait acquiſition des terres & vignes ſituées entre le mont de ſaint Romul juſqu'à ſaint Etienne en Pane l'an 1176.


15. Kal. Septembris 1176.

IN Dei nomine. Anno Dominicæ Incarnationis M C L X X V I. quinto-decimo kalendas Septembris indictione nonâ. Conſtat nos Ruſticellus filius Gerarduccij, & Compagnus filius ejus paterno adhibito conſilio, & Borgenſis filius Putte, & Iſabella jugalis Ruſticelli, & Salomea uxor Compagni. Sed nos prædictæ feminæ de virorum noſtrorum ſupradictorum conſenſu, atque legitima Lotheringi judicis interrogatione præcedente cum congruenti................... ſequente : Inſimul nos omnes ſupradicti hoc venditionis inſtrumento in præſentiarum perfecto dominij & proprietatis, ac conceſſionis jure vendidiſſe, & harum rerum gratia tradidiſſe tibi Forte filio Bilicozzi, tuiſque hæredibus in perpetuum videlicet integram tertiam partem de omnibus Caſis, terris, vineis, & colonis, & ſedentibus, & rebus mobilibus, & immobilibus, quas habent, & tenent, habemus, & tenemus, vel alij per nos, & nobis evenerunt per cartulam emptionis, & venditionis Reberto, & Maſcherino germanis filiis olim Ogerij, & ab Ubaldinello filio b. m. Uki, & à prædicto Reberto tutore Ugolini fratris prædicti Ubaldinelli, ut continetur in cartula, quæ ſcripta eſt, & completa per manus Deotaiuti Judicis, & Notarij; & ſunt poſitæ caſæ, & terræ, & vineæ, & res ipſæ à monte

sancti Romuli usque ad sanctum Stefanum in Pane; & à scamdiccio usque ad sanctum Eusebium, unà cum omnibus supra se, & infra se habentibus in integrum, & omni jure, & actione, & requisitione, vel usu de illis nobis quoquo modo vel ingenio competentibus. Item vendimus, & tradimus tibi præfato emptori omne jus, & actionem nobis quoquo modo, vel ingenio [inge] cosi sta] infra prædictos confines integram tertiam partem de omni jure & actione nobis quoquo modo, vel ingenio infra prædictos confines competentibus, omnia, ut dicta sunt, in integrum pro pretio quinquaginta sex librarum, & tredecim solidorum bonorum denariorum spendibilium nobis à te soluto in præsenti vendimus, & tradimus tibi præfato emptori, tuisque hæredibus in perpetuum ad habendum tenendum, ac possidendum, & quidquid deinceps vobis placuerit vestro nomine faciendum. Si verò adversùs ea, quæ dicta sunt; per nos, hæredesque nostros, aut per summissam, vel summitentem à nobis personam factum est, vel fuerit, & legitimè semper jure proprietario prædictas res integras ab omni homine, & fœmina, & specialiter ego Borgensis ab uxore mea non defendimus, duplum ipsarum rerum in continenti stipulatione interveniente dare, omnemque expensam & damnum pro illis competiturum de jure sub pœna, & obligo Consulum resarcire tibi præfato emptori, tuisque hæredibus, vel cui eas dederitis, promittimus, & insuper hoc instrumentum semper firmum, & incorruptum tibi tenere spondemus. Actum Florentiæ.

Signa galium, & manuum jam dictorum jugalium, & Borgensis, qui hanc cartulam, ut superiùs legitur, fieri rogaverunt.

Signa manuum Ubaldini filij Marabutini, & Broccardi filij Bellonis, & Borgenſis filij Donatoli, & Saſſolini filij Malpilij, & Talliantis filij Bandini rogatorum teſtium.



Ego Loteringus Judex prædictas interrogavi mulieres, idemque Notarius huic impoſui cartulæ completionem.

Item poſtea eâdem die, & horâ, & coram prædicto Ubaldino, & Broccardo, & Borgenſi, & Niro Octoboni, prædictus Borgenſis filius Puttæ cartulam pignoris, & promiſſionis nomine penè in prædicto Forte, & ejus hæredibus in duplum unius petiæ terræ ad rivum de mori, primo filiorum Guicciardi. 2°. filiorum Jolli Jude. 3°. via, 4°............... infra de medietate ea ſcilicet lege, atque tenore, ſi prædicta uxor Borgenſis moverit litem de prædicta terra, & rebus, unde hodie cartulam venditionis ei feci, & defendet ab ea, & ſi in damnum venerit, emendabit captatum infra dies XXX. poſtquam cùm inquiſierit, vel inquirere fecerit, inſuper habere, & tenere, & precario ab eo recepit; ſi ita obſervaverit, ſit inanis, ſi non, liceat ei ex pacto ingredi, & vendere, & pignorare, vel ſi ei placuerit, nomine pœnæ poſſidere, & logorum & fructus ſuos facere.

Cet acte a eſté expedié ſur l'original par Jean-Evangeliſte Ulimente Miccineſi le 19. Janvier 1698. avec le Sceau, comme à la page lij.

Et a esté legalisé le mesme jour & an par Messire Nicolas de Castellani Grand Vicaire de l'Eminentissime Cardinal Morigia Archevesque de Florence, & ensuite attesté par les Negocians, ou Banquiers Expeditionnaires de Florence le 20. du mesme mois & an, & ont signé Sinibalde Corboli, & François Tempi avec le Sceau, comme à la page lij.

Accord de Forte fils de Bellicozzo touchant la Tour située dans la Paroisse de sainte Marie delli Ughi de l'an 1193.

12. Kal. Maij 1193.

IN nomine Domini Dei æterni. Anno ab Incarnatione ejus MCXCIII. duodecimo kalendas Maij indictione XI. Novembris. Nos Forte filius Bellicozzi, & Bencivenni filius Gualdimari, & Gerardo Masnieri filius Marisciani socij, & consortes Turricellæ veteris factæ & fundatæ in Civitate Florentiæ infra Parochiam sanctæ Mariæ Ugi prope partam Rosam, & propè portam sancti Pancratij, in qua ego Forte habeo quartam partem. & nos Bencivenni, Gerardo, & Masnieri tres partes, ex quibus tribus partibus ego Bencivenni habeo medietatem pro indiviso, & Gerardo, & Masnieri aliam medietatem. Talia inter nos pacta facimus, & ad invicem partes nostras ipsius Turris obligamus, hoc modo.

Inter nos ipsam turrem non tollemus, non contendemus nec contradicemus; & si quis nostrûm hoc fecerit, contrarij ei erimus. Item si cui nostrûm ipsa turris fuerit

ſuerit neceſſaria pro ſua lite expedire, eam habeat uſque ad finem litis. Item ſi quis nobis, vel alicui noſtrûm ipſam turrem abſtulerit, adjuvabimus eam recuperare, & recuperatam retinere. Item nullus noſtrûm alterius litem ſuam faciat, ad hoc, ut ſocius ipſius eam perdat. Item ſi quis ex parentibus, vel propinquis noſtris litem aut controverſiam habuerit, ſive ex parte ſua, ſive ex parte uxoris ſuæ, ipſe habeat turrem, cui proximior eis [illam habuerit] ſive ex ſuo, ſive ex uxoris ſuæ latere; & nullus noſtrûm, dum ipſa lis fuerit poſſit facere parentelam cum altera parte; ad hoc ut ſocius, vel ille, quem adjuvat, ipſam turrem perdat. Item nullus noſtrûm poſſit partem ſuam ipſius turris alicui perſonæ, vel loco vendere, aut quolibet modo alicui perſonæ alienare. Item nos filij Mariſciani non contendemus, nec contradicemus prædicto Forti, & Bencivenni, nec eorum deſcendentibus viam eundi, & redeundi per caſam noſtram ad oſtium ipſius turris intrando, & exeundo, ... nec eorum adjutoribus, quo eis placuerit, & ſi quis maſculus, vel fœmina contrariaverit eis, contrariis ei erimus, & ipſum Forte, & Bencivenni per poſſe adjuvabimus, ut in ipſa turre poſſit intrare, & exire; & hoc pro nobis, & noſtris deſcendentibus promittimus, & facimus, donec fecerit aliud oſtium à latere viæ publicæ, (& novum) oſtium in ipſa turre: præterea domus noſtra ſit expedita à prædicto pacto. Sed ſi quando per ipſum novum oſtium ire, vel intrare non potuerint, liceat eis per domum noſtram in ipſa turre per oſtium ire, & redire ipſi, & eorum adjutores, & ad oſtium novum poſſit prædictus Forte, & Bencivenni, & eorum deſcendentes facere portam, & quidquid concorditer vo-

luerint, & tunc filius Gualdimari non possit contrariare, nec ipsi nec sui descendentes casam suam prædicto Forti, & filiis Marisciani, & eorum descendentibus; nec aliud ostium postea fieri possit in ipsa turre. Item omnia alia instrumenta, & pacta vetera cessentur. Item liceat nobis, & nostris descendentibus addere & minuere, dummodo de additione teneamus, de diminutione absolvamur. Item si ostium filiorum Marisciani fuerit serratum tempore belli, liceat Forti & Bencivenni frangere ostium ipsius domûs, ita ut reficere possint. Item quæcumque expensæ, exceptis expensis ostij, ab aliquo, vel ab aliquibus ex nobis factæ fuerint in ipsa turre, alij, vel aliis qui non fecerit, vel non fecerint, teneatur, vel teneantur restituere ei, vel eis, qui fecerit, vel fecerint, expensas pro partibus, vel parte ei, vel eis competentibus in ipsa turre expensas factas. Item si quis nostrûm omnia prædicta, vel aliquod prædictorum pactorum non observaverit, aut contra fecerit, partem suam prædictæ turris perdat, & ad prædictos consortes, vel socios suos deveniat; si non emandavit offensionem infra XXX. dies post requisitionem ad comandamentum aliorum sociorum suorum prædictorum, & sicut unicuique nostrûm, qui prædicta pacta non observaverit in ejus parte, qui contra prædicta pacta, vel aliquod prædictorum pactorum fecerit, intrare, vendere, & pignorare, & ipsam partem ejus turris alienare propria autoritate, & precario ad invicem possessionem ad inter nos recipimus. Item quicumque vel suo propinquo fecerit turrem, vel de turre ipsa pro ipsa turre projicere, ille solus qui projicere fecerit, pœnam solvat.

Prædicta verò turricella sic decernitur à duobus late-

ribus prædictorum Maſnieri, & Gerardi; à 3°. Sicchi, à 4°. via.

Inſuper Bencivenni, Forte, Gerardo, & Maſnieri juraverunt ad ſancta Evangelia hæc omnia prædicta in totum obſevare, & non retractare.

Signa Bencivennia ſcribi manûs prædictorum Fortini, & Maſnieri, qui hæc omnia ſcribi rogaverunt.

Signum Renuccini, Utini, & Utorum teſtium. manûs Gualfriducci filius & Senſanomi filius Alberberti filius Gualducci rogatorum teſtium.

Ego Borgenſis Imperialis Aulæ Judex, & Notarius hoc inſtrumentum ſcripſi.

Cet acte a eſté expedié ſur l'original par Jean-Evangeliſte Ulimente Miccineſi le 19. Janvier 1698. avec le Sceau comme à la page lj.

Et legaliſé le meſme jour & an, par Meſſire Nicolas de Caſtellani Grand Vicaire de l'Eminentiſſime Cardinal Morigia Archevéque de Florence, & enſuite atteſté par les Negocians, ou Banquiers Expeditionnaires de Florence le vingtiéme du meſme mois & an, & ont ſigné, Sinibalde Corboli, & François Tempi avec le Sceau comme à la page lij.

Extrait tiré des actes originaux, conservez dans les archives de Messire Alexandre Strozza, touchant Bonaguida olim *Gondi, & Forte Bilicozzi, qui signa le traité de paix fait avec la Ville de Sienne l'an* 1201.

Die VIII. mensis Februarij MDCCII. ab Incarnatione.

Fides per me infra scriptum, qualiter in Archivio domestico, seu familiari illustrissimi & clarissimi D D. Alexandri Strozzæ filij & hæredis D. Senatoris Caroli celeberrimi & eruditissimi ævo suo viri, existenti in ejus Gentilitia domo posita Florentiæ in populo sancti Jacobi supra Arnum, & in via nuncupata Borgo San Jacopo, reperiuntur inter cæteros manuscriptos codices, infrascripti cooperti chartâ pecudineâ, & ligulis sericeis rubri, & crocei coloris, firmati, in quibus quidem libris præfatus recolendæ memoriæ Senator Carolus, rerum hujus urbis antiquarum studiosissimus, vetera quorumcumque Archiviorum, cùm publicorum, tùm privatorum, instrumenta decerpsit, & exemplavit: & ex iis ad preces illustrissimi D. Abbatis Caroli-Antonij de Gondis Regiæ Celsitudinis Cosmi III. M. Duc: summæ rei à Secretis, & Consiliis, ea, quæ sequuntur fideliter excerpsi, & descripsi, videlicet.

Ex quodam libro notato exterius C C. numero 1225. pag. 413. & extracto ex Armario ejusdem Archivij sig: litt: K.

1254. Spigliatus olim Machievi Operarius, & Cu-

ſtos Operis & Domûs ſancti Joannis-Baptiſtæ, & An- «
giolinus filius Corſi Converſus | Comprano terre a «
ejuſdem Operis. | Campi da «
Adimari quondam Bonaccorſi de Campi. «
BONAGUIDA olim GONDI. | à confino. «
Spinellus Ruffoli. «
Foreſe filius Deotiſalvi Orlandini. «
Palmieri Cennamelle. «
Filij Locterij Ruffoli. } à confino. «
Mainectus filius olim Albizoni Foreſi. «
D. Bottrighellus quondam Sitij. «
Tancredi filius Bernardi de Campi. «
Sjmon filius olim Sire. «
Mercatus filius Tramontani. «
Albertus filius Gianni de populo S. Reparatæ. } Teſtes. «
Aldobrandus filius olim Mainecti. «
Giambonus & Folchettus. } olim Alberti Giamboni } fidejuſſores. «
Filippus Gottholi Judex rogatus. «

Actum Florentiæ in clauſtro dictæ Domûs ſumptum ex originali inſtrumento exiſtenti in publica Camera Præſtantiarum Civitatis Florentiæ. «

. . . . «

Item ex libro notato exterius D D. numero 1226. pag. 246. exiſtenti in eodem Armario ſignato K. «
1216. Renaldus quondam Scarlartini & Tedaldeſca uxor ejus } Vendiderunt Hoſpitali poſito in populo S. Petri Majoris «
Bona poſita in Trebocana in populo ſancti Gervaſij pro pretio Piſanæ monetæ «

„ Filij Uguccionis de Cammelle. } Contermini
„ Fillj GONDI.

„ Locterius filius quondam Uberti, Bernardo fidejussit, &c.


„ Pax & } Judices & Notarij rogati, sumptum ex ori-
„ Julianus } ginali apud Moniales sanctæ Apolloniæ
„ de Florentia.

„ Item ex libro notato G F. numero 1046. pag. 161. in Armario signato G. propè finem dictæ paginæ legitur.

„ 1201. FORTE BILICOZZI *giura la pace con i Senesi.* Sumptum ex authenticis scripturis publici Archivij Civitatis Senarum.


In quorum, &c.

Expedié & scellé par Pecorini.



Legalisé par Messire François-Marie Arrighi, Grand Vicaire de Monseigneur Strozza Archevêque de Florence, & attesté, & confirmé par Corboli, & Frescobaldi Banquiers Expeditionnaires de Florence le 9. Février 1702.

Donation de la moitiè de la tour de ſainte Marie d'Ughi fait à Fort fils de Billicozzo par Bencivenni fils de Gualdimari l'an 1202.



IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. [Anno Domi]nicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſecundo, tertio Nonas Martij, indictione ſexta, &c. Conſtat me quidem Bencivennem filium quondam Gualdimari hoc donationis inſtrumento in præſentiarum inter vivos irrevocabiliter donaſſe, tradidiſſe, & conceſſiſſe tibi Forti filio Bilicozi, tuiſque hæredibus, & cui conceſſeris in perpetuum integrè videlicet medietatem ejus totius, quod ad me pervenit, vel pertinet de parte filij Mariſciani de turre poſita infra Parochiam ſanctæ Mariæ Ughi : confines cujus hij ſunt à primo quidem, & ſecundo latere eſt caſa, ſive fuit filij Mariſciani à tertio currit via publica. à quarto verò latere eſt [*ſta coſì*] infra hos fines, vel ſi qui alij ejus confines ſunt, integram medietatem ejus totius quod in dicta parte filij Mariſciani ad me pervenit, ſeu pertinet cum omnibus ſuper ſe, & infra ſe habitis in integrum, omnique jure, actione, & uſu, ſeu requiſitione, & acceſſione mihi quovis modo, vel ingenio competenti. Prætерea dono inter vivos, do, cedo & mando tibi dicto Forti, tuiſque hæredibus, & cui conceſſeris in perpetuum integrè omne jus, & actionem, & requiſitionem tam


personalem quàm realem, directam, quàm utilem mihi quolibet modo, vel ingenio competentem adversùs quamcumque personam, vel locum pro dimidia dictæ partis præfatæ turris, quæ ad me pervenit de parte filij Marisciani, & te Procuratorem in rem tuam constituo, & facio. In præsenti, ut dictum est, dono inter vivos, trado, & concedo, do, cedo, & mando tibi dicto Forti tuisque hæredibus, & cui concesseris in perpetuum, quatenus deinceps habeas, teneas, possideas, agas, petas, exigas, excipias, & experiaris tuo nomine, & quidquid tibi, tuisque hæredibus, & cui concesseris deinceps placuerit, facias, sine mea, meorumque hæredum contradictione, seu molestia. Si verò adversùs ea, quæ superiùs dicta sunt per me, hæredesque meos, seu per submissam, vel submittentem à nobis personam factum est, vel fuerit, vel si datum, aut factum apparuerit, quod contra sit, aut si de prædictis aliquo modo agere, aut litigare præsumpserimus, vel si hanc donationem, & omnia, ut superiùs leguntur, semper firma, & incorrupta non observaverimus, tunc pœnæ nomine, unde agetur duplum ejusdem bonitatis, & æstimationis dare, omnemque expensam & damnum exinde competiturum resarcire de jure sub obligo Consulum, seu Rectorum pro tempore Florentiæ existentium, vel qui nos magis constringere possent tibi dicto Forti stipulanti, tuisque hæredibus, & cui concesseris, solemni stipulatione promitto. His omnibus semper in sua firmitate duraturis. Et ego prænominatus Bencivenni pro hac donatione meritum recepi à te prænominato Forte, videlicet similem donationem, & concessionem, de dimidia ejus totius, quod ad te pervenit de parte dictorum filiorum Marisciani

ſciani de prædicta turre, ut in meo inſtrumento continetur.

Actum Florentiæ.

Signum  manûs dicti Bencivenni, qui hoc inſtrumentum, ut ſuperiùs legitur, fieri rogavit.

Signa  manuum Tedaldi filij Tedaldini, & Cantore, & Ugonis del Bello, & Ranerij Cyurianca, & [*ſtà coſi*] filij Hebriaci rogatorum teſtium.



Ego Jacobus Frederigi Imperatoris Judex ſupra ſcriptis omnibus interfui, & hic ideo ſubſcripſi.



Cet acte a eſté expedié ſur l'original par Jean Evangeliſte Ulimente Miccineſi le 19. Janvier 1698.



Et legalisé le mesme jour & an par Messire Nicolas de Castellani Grand Vicaire de l'Eminentissime Cardinal Morigia Archevêque de Florence, & ensuite attesté par les Negocians ou Banquiers Expeditionnaires de Florence le 20. du mesme mois & an, & ont signé, Sinialde Corboli, & François Tempi.

Pouvoir donné par la République de Florence à un de ses Envoyez pour des affaires à la Cour de Rome : dans lequel Forte fils de Bellicozzo est nommé Senateur de Florence l'an 1204.

FIdes qualiter in libro XXIX. capitulorum, originaliter existente in Archivio publico reformationum Civitatis Florentiæ inter cætera ad XVI. apparet, & legitur instrumentum tenoris sequentis ad verbum videlicet. . . . . . .

In Dei nomine Amen. Ex hac publica litterarum serie evidenter clareat, quòd nos Guido Uberti, Rogerius Giandonati, Albertinus Oderrighi de Scotta, Compagnus Ariguci, Ildebrandinus Cavalcantis, Berlingerij Jacoppi, Jacobus Nerli, Gerardus Russus, & Balbuinettus quondam Borgognonis Ugonis, Iride Consules comunis Civitatis Florentiæ, & Mannus Aliboniti Consul justitiæ, & Sicius, & Berriciavella Consul militum, & Latinus, Jambonus, & Guadagnus Priores Mercatorum, & Artium, & Forte Bilicozzi Senator ejusdem Civitatis pro nobis, & pro toto Comuni, & Universitate Civitatis Florentiæ constituimus te


Tiniosum Lamberti Consulem Florentiæ Procuratorem super facto Fesulani Episcopi, & Canonicorum ejus, & super facto Ecclesiæ sancti Petri majoris, & Monialium ejus, & super facto inter Florentinos & Senenses, tam fontium sanctæ Agnetis in Castro Podij Bonizi quàm omnium aliorum, & super omnibus factis, seu negotiis præteritis, præsentibus, & futuris, quæ sunt, vel emerserint, seu erunt in Curia Domini Papæ seu delegatorum ejus, vel coram aliis quibuscumque videbitur expedire pro facto Comunis, vel Universitatis Florentiæ, vel eà occasione ad agendum, respondendum, impetrandum, & faciendum pro nobis, pro Universitate Civitatis Florentiæ, quidquid necessarium, vel utile videbis per te, vel per alios, promittentes, quod omnia, quæ feceris, firma, & rata perpetuo habebimus, & non removebimus aliquâ occasione.

Actum Florentiæ in Ecclesia sancti Michaelis in Orto anno millesimo ducentesimo quarto, septimâ decimâ kalendas Martij indictione septimâ præsentibus & rogatis testibus Bruno, & Ildebrando Erbolotti ordinariis Judicibus, Guidone Guarnerij, & Astancollo quondam Astancolli.

Ego Rusticus Henrici Regis, post Imperatoris Judex, & Notarius, hæc omnia me præsente acta rogatus subscripsi, & in publicam formam redegi.

Ego Jacobus Felicis memoriæ Domini Henrici Imperatoris Tabellio, & nunc Comunis, & Potestatis Florentiæ, hoc exemplum ex autentico sumptum, secundùm quod in eo vidi manu Rustici Judicis, & Notarij confecto, ita hîc scripsi, & exemplavi.

Ego Belcarus auctoritate Imperiali Judex ordinarius, & Notarius exemplum hujus exemplaris diligenter vidi, & legi, & quidquid in eo continetur, hic fideliter scripsi, ideoque subscripsi.



Ego Laurentius quondam Cosmæ de Cantinis Civis Florentinus ex Ministris ad reformationes Civitatis Florentiæ in fidem subscripsi, & solito dicti Officij signo munivi ad laudem Dei.

Certificat des Consuls de la ville de Florence, où il paroist, que dans le premier Livre de la matricule des Marchands és années 1235. page deuxiéme, l'on trouve les noms de Gondus, Ricoveri, & de Mainerius Belicosi.

Et dans le mesme Livre entre ceux, qui ont renouvellé le serment en 1237. l'on trouve Gondus fils de Forte, & plus avant Mainerius Jacobi Bellicozzi, & jusques à la page 1245.

NOs Consules Artis Mercatorum Civitatis Florentiæ universis, & singulis, ad quos præsentes advenerint, fidem facimus, & attestamur, qualiter in libro Matriculæ dictæ Artis apparent sub infra

ſcriptis temporibus, infra ſcripta nomina, videlicet.
Goddus Ricoveri de anno 1235. pagina 2.
Mainerius Bilicozzi de anno 1235. pagina 2.

Item in eodem libro inter eos, qui anno 1237. renovaverunt juramentum, apparet.
Gondus filius del Forte, pagina 39. à tergo.

Item in eodem ſupra dicto libro inter alios, qui denuo renovarunt juramentum anno 1220. apparet.
Mainerius Jacobi Bilicozzi, pagina 41. à tergo,

Atque etiam in eodem libro de anno 1245. pagina 43. à tergo apparet.
Rinaldus filius Jacobi Bilicazzi.

In quorum fidem, &c.

Ego Joannes-Franciſcus quondam Doctoris Philippi de Donis Juris utriuſque Doctor, ac prædictæ Artis Cancellarius, de mandato ſubſcripſi propriâ manu hac die ſextâ Februarij anno 1702. ab Incarnatione ad laudem Dei omnipotentis.



Expedié par Jean-Baptiſte Tozzi Providiteur du Proconſul de Florence le neuviéme de Février 1702.

Et atteſté par les Negocians, ou Banquiers de Florence, Joſeph Freſcobalde, & Horace Montauti le 9. Février 1702.


Contract, & quittance de la dot de Monaca fille de Gondo fils de Ricovero fils de Forte de l'an 1248.

IN Dei nomine Amen. Millesimo ducentesimo quadragesimo octavo indictione sexta, tertio idus Maij. Actum Florentiæ ff. .... populo sanctæ Mariæ Ugonis filius olim & Jacopus ejus filius paterno consensu, & jussu, uterque illorum in solidum se suosque hæredes obligando ad omnia & singula infra scripta fuerunt confessi se nomine dotis, & in dotem recepisse, & habuisse à Gondo quondam Ricoveri del Forte pro Domina Monaca filia sua, & sponsa dicti Jacopi, quam in continenti post hæc in legitimam accepit uxorem libras centum bonorum denariorum Pisanorum veterum, vocantes se exinde bene pagatos, ideoque secundùm usum, & constitutionem, & consuetudinem Civitatis Florentiæ, propterea.......... donaverunt, dederunt, tradiderunt & concesserunt dicto Gondo accipienti vice, & nomine dictæ Monachæ & suis hæredibus, & cui concesserit de suis bonis libras quinquaginta Pisanorum veterum, tali verò pacto, & conditione, quod si contigerit ipsam Monacam ipsi Jacopo super vivere, dictas libras quinquaginta super prædictam dotem ipsam, & sui hæredes, habeant, teneant, & possideant, & quicquid sibi placuerit, faciant sine eorum contradictione. Quas quidem centum libras dotis, & libras quinquaginta donationis uterque illorum in solidum obligando eidem Ghondo, ut dictum est, pro dicta filia sua accipienti

reddere, & restituere promiserunt, si prædictus casus evenerit, quòd ipsa ipsi Jacopo supervivat, vel aliquis casus repetendæ dotis, vel donationis extiterit. Promittens contra non fecisse, nec facere, alioquin pœnæ duplum dotis, & donationis, & damna, & expensas resarcire pignorans omnia eorum bona præsentia & futura, &c. renunciantes, &c. Quam si quidem Dominam Monacam dictus Ghondus pater ejus ipsi Jacopo dismundiavit, & sub ejus mundio, & potestate misit cum omni Frea, & Anagress: & omni jure mundij ipsis Jacopo, & Monacha altero in alterum per verba, de præsenti matrimonialiter consentiendo cum annuli datione, & receptione.

Quibus præcepit Jacobus Notarius, ut dicta servarent, & facerent, & solverent.

Testes Albertus Trinciavellic Judex. Michelle Alberti. Boninsegna Attaviani. Ugho Letami, & Borghus Martinuzi.



Ego Carradore Giraldi Notarius hæc omnia olim per Jacopum Bellandi Judicem, & Notarium nunc defunctum rogata, & imbreviata ex commissione mihi facta à Barone Notario, qui mandatum habebat à Domino Paulo de Solicino tunc Potestate Florentiæ, publicè scripsi, ideoque signum meæ manûs apposui.

Cet acte a esté expedié sur l'original par Jean-Evangeliste Ulimente Miccinesi le 19. Janvier 1698. avec le Sceau, comme à la page lxv.

Et a esté legalisé le mesme jour & an par Messire Nicolas de Castellani Grand Vicaire de l'Eminentissime Cardinal Morigia Archevesque de Florence, avec le Sceau, comme à la page lxvj. & ensuite attesté par les Negocians, ou Banquiers Expeditionnaires de Florence le 20. du mesme mois & an, & ont signé Sinibalde Corboli, & François Tempi.


Traité d'alliance entre la République de Florence, & celle de Gennes, où a signé Gondo fils de Ricovero de l'an 1251.

IN Dei nomine Amen. Anno ab Incarnato Redemptore millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo, die verò trigesimâ Januarij.

FIdes qualiter in libro XXIX. Capitulorum excelsæ Reipublicæ Florentinæ originaliter existente in Archivio publico Reformationum Civitatis Florentiæ inter cætera ad 122. à tergo legitur instrumentum Societatis factæ inter Comune Florentiæ, & Januæ diei 10. Novembris 1251. in fine cujus instrumenti leguntur nomina Antianorum, Consiliariorum, Vexilliferorum, Rectorum, & Capitudinum, qui vice, & nomine Comunis, & Populi Florentini juraverunt, quod omnia, & singula contenta in dicto instrumento attendentur, & observabuntur per supra scriptum Comune, & populum Florentinum, inter quæ ad 129. exstat

exſtat infraſcriptum nomen prout infra vidi :

GONDUS RICOVERI.



Ego Laurentius quondam Coſmæ de Cantinis Civis Florentinus ex Miniſtris ad Reformationes Civitatis Florentinæ in fidem ſubſcripſi, & ſolito dicti Officij ſigno munivi, ad laudem Dei.

Contract, & Ratification de la paix fait entre la République de Florence, & celle de Piſe par les Anciens & Conſeillers de la Republique de Florence, auſquels a auſſi aſſiſté Rinieri fils de Gondo l'an 1256.

Die xv. Januarij 1698. ab Incarnatione.

FIdes qualiter in libro xxix. Capitulorum excelſæ Reipublicæ Florentinæ originaliter exiſtente in Archivio publico Reformationum Civitatis prædictæ inter cætera à 239. apparet, & legitur infra ſcriptum inſtrumentum tenoris ſequentis ad verbum videlicet.

IN Dei nomine Amen. Dominus Alamannus Delatorre, Dei gratiâ ſecundâ vice honorabilis Poteſtas egregiæ Civitatis Florentiæ, & Dominus Pactuccius de Conceſio eâdem gratiâ Capitaneus Populi Florentini, præſentia, conſilio, conſenſu, & auctoritate Antianorum honorabilis populi Florentini, & Magni

generalis, & specialis Consilij Comunis & Populi Florentini ad hoc in Ecclesia sanctæ Reparatæ per voces Præconum, & sonum campanarum Comunis, & Populi Florentini more solito, & mandato dictorum Potestatis & Capitanei congregati, & ipsi iidem Antiani & Consiliarij, unà cum dictis Potestate, & Capitaneo pro Comuni, & Populo Florentino, & vice, & nomine ipsius Comunis, & Populi præsentibus, & inde eos pro dicto Comuni, & Populo interrogantibus. Domino Chese de Vicho, & Marignano de sancto Paulo ad Ortum quondam Leonardi Sindicis Comunis Pisarum constitutis ad infra scripta, ut constat, per publicum instrumentum rogatum à Guillelmo Notario quondam Dati Judice, & Notario Scriba publicæ Cancellariæ Pisanæ Civitatis à me Notario visum & lectum, vice, & nomine ipsius Comunis Pisarum, & pro ipso Comuni confirmarunt, & ratificarunt, corroborarunt, acceptarunt, approbarunt, & firma, & rata habuerunt confirmationem & ratificationem pacis, & concordiæ, & pactorum olim initorum inter dicta Comunia, vel eorum Sindicos prout in publico instrumento inde confecto a Boncambio Rugerotti Notario continentur, & pactiones, conventiones, promissiones, obligationes & pœnarum stipulationes factas heri inter Guillelmum Bernardi Notarium Sindicum Comunis Florentiæ constitutum, ut in carta inde confecta, à Jacobo Lucterij Buere Notario, & à me Notario visa, & lecta continetur vice, & nomine ipsius Comunis Florentiæ ex parte unà & prædictos Sindicos Comunis Pisarum pro ipso Comuni ex altera, ut apparet liquidò per instrumenta publica ejusdem tenoris inde confecta à Rogerio Ugonis Albyzi Nota-

rio Antianorum Populi Florentini, & Bartholomæo Musso Notario de Pisis, & ea omnia, & singula, quæ, & sicut in ipsis instrumentis, & quolibet eorum per omnia, & singula, & per ordinem continentur confitendo, & recognoscendo ex certa scientia dicti Potestas, Capitaneus, Antiani, & Consiliarij pro Comuni, & Populo Florentino, & ejus vice, & nomine, si plenè, & integrè scire, & intellexisse tenorem instrumentorum ipsorum, & cujuslibet eorum confectorum à supra scriptis Rogerio, & Bartholomæo Notariis, & quolibet eorum, quam ratificationem, confirmationem, & alia omnia prædicta, & singula comprehensa in prædictis instrumentis confectis à supra scriptis Boncambio, Rogerio, & Bartholomæo Notariis, & quolibet eorum prout in eis per singula denotantur, & specialiter prænominati Potestas, Capitaneus, Antiani, & Consiliarij pro Comuni, & Populo Florentino, & ejus vice, & nomine solemni stipulatione interpositâ convenerunt, & promiserunt dictis Sindicis Comunis Pisarum vice & nomine ipsius Comunis, & etiam dicti Antiani, & Consiliarij, in animas hominum Comunis, & Universitatis Florentiæ, juraverunt corporaliter ad sancta Dei Evangelia: jurante etiam ad sancta Dei Evangelia in animas dictorum Potestatis, Capitanei, Potesteriæ, & Capitaneriæ nomine Forese publico Præcone Comunis Florentiæ de ipsorum licentia, & mandato, semper, & in perpetuum firma, & rata, & incorrupta, habere, & tenere, & inviolabiliter observare, prout in tenoribus ipsorum instrumentorum, & cujusque eorum denotantur apertè, & contra non venire, vel facere aliquâ ratione, vel causâ, quæ dici, vel excogitari possit ullo ingenio: si verò à parte dicti Co-

munis Florentiæ, vel ab ipſo Comuni in aliquo contrafieret, aut ſi ita omnia, & ſingula ſupra dicta in prædictis inſtrumentis, & quolibet eorum contenta obſervata non fuerint, pro pœna & nomine pœnæ, vice, & nomine dicti Comunis Florentiæ convenerunt, & promiſerunt per ſtipulationem dictis Sindicis Comunis Piſarum pro ipſo Comune recipientibus, dare, & ſolvere libras duo millia auri boni, & puri, & omnia damna, & intereſſe, & expenſas in omnibus, & per omnia reſarcire, ita quidem ut pœna commiſſa, vel ſolutâ, aut non, & damnis, & expenſis reſtitutis, aut non omnia, & ſingula prædicta in prædictis inſtrumentis, & quolibet eorum contenta nihilominus in ſuo robore, & firmitate conſiſtant ſe dicti Poteſtas, Capitaneus, & Antiani, & Conſiliarij pro dicto Comuni Florentiæ, & ipſum Comune, & eorum ſucceſſores, & omnia bona dicti Comunis, præſentia, & futura prædictis Sindicis Comunis Piſarum pro ipſo Comuni recipientibus prædictis omnibus, & ſingulis obſervandis expreſſim & generaliter obligaverunt, renunciaverunt, condictioni indebiti, & ſine cauſa, & ex injuſta cauſa, & exceptioni doli, & in factum, & omni legi, juri, auxilio, eis, & pro dicto Comuni Florentiæ, & ipſi Comuni contra prædicta, vel aliquod eorum competentibus, nomina quorum Antianorum ſunt hæc :

Guido Ubaldini.
Jacobus Marcetti.
Aldobrandinus Renaldi,
Lambertus Cenci.
Ardimannus Albizi.
Adimari Davanzati,

Clariſſimus dell Alluodo.
Dominus Janni Ridolfi.
Bonſignore Marcolfi.
Nomina Conſiliariorum prædictorum, ſunt hæc:
Lapus filius Domini Renuccini Ugi Roſſi.
Dominus Benci Rubeus Medicus.
Incontrus Jannoli.
Donus filius Boninſegne Machiavelli.
Rogerius filius Mainetti Clariſſimi.
Riſtorus filius Cambij del Foreſe.
Philippus Domini Boni de Monteficalle.
Innami filius Lucterij Ruffoli.
Guido Baoncini.
Maccius Jacobi.
Locterius Caſciotti.
Ridolfus de Malognanis.
Boziolus Allij.
Compagnus Clariſſimi.
Corte filius Diotiſalvi.
Gualterone del Pace.
Jovenchus de Maſſaio.
Buonacoſa Renaldi.
Caccia Galgani.
Gano filius Bonaiuti Anchionis.
Aldobrandinus Ruſtici.
Guillelmus filius Rainerij.
Lambertus Magoncini Notarius.
Donatus Guillelmi.
Conſilius Ruſtici.
Corſus Maſnieri.
Gianni Riceuutti.
Schelminus filius Guillelmi.

Donatus Medicus filius Ugolini.
Rogerius filius Azzi.
Benvenutus Sartor.
Clarissimus Spirialbelli.
Corbolanus filius Melliorelli.
Spada filius Gismondi.
Janni filius Ristori.
Guazzettus filius Jacobi Sgualze,
Romagnolus filius Tosti.
Guasiettus Caccialoste.
Cambius de Medico.
Benevieni Notarius filius Guidi.
Bonaccorsius del Amato.
Ciutus filius Gianni.
Locteringus filius Diotisalvi.
Rainerius filius Aldobrandini Carini.
Gallia filius Guarnerij.
Mannus Diotiguardi.
Accoltus filius Spinelli dell' Accolto.
Guido Baroccij.
Spiliatus Isacchi.
Loctus Bonmantini.
Riccus filius Giuntæ.
Benincasa filius Locterij.
Rainerius Davizini.
Puccius filius Domini Actaviani.
Belioctus del Sodo.
Bonaccorsius del Forese.
Guarnellottus Riccerij.
Diotisalvi filius Guidi.
Gherardus Juseppi.
Bonaguida Beringherij.

Rota Alberti.
Actavianus Beliotti.
Giamberius Donzelli,
Guido Orlandi.
Bizzogus Berlingherij.
Cavalcante Notarius filius Brunellini.
Giunta Cialdi filius Burnetti.
Donatus Pieri Piaciti.
Pierus filius Martini.
Guido filius Martini.
Merçatante filius Angiolerij.
Mainettus filius Drudoli.
Filippus Scudi.
Gianni Ubaldini.
Bonaccarſus Stephani.
Burnettus Cambij.
Fede Pandolfini.
Spinellus Criſtophori.
Gualdana filius Marſoppi.
Corſus Pandolfini.
Jacobus Albertini.
Aretinus Bencivenni.
Foreſe Ferrantini.
Formica Orlandi.
RAINERIUS GONDI.

Sequuntur poſtea alia centum triginta ſex nomina ſupra dictorum Conſiliariorum, quæ brevitatis causâ omittuntur, quorum in fine extat deſcriptum, prout infra, videlicet.

Acta ſunt hæc omnia Florentiæ in Eccleſia ſanctæ Reparatæ in dicto magno generali, & ſpeciali Conſilio. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducen-

tesimo, quinquagesimo sexto, die Lunæ sexto exeunte Septembre Indictione quinta-decima, secundùm cursum, & consuetudinem Florentinorum, præsentibus Domino Benno milite dicti Potestatis, & Domino Salterio Judice dicti Domini Capitanei, & Jacobo Lucterij Buere Notario & clarissimo dicto Vito filio Clari, & Benvenuto Compagni nuntiis Comunis, Benintendi Guillelmi nuntij Antianorum Florentiæ Civibus Florentinis, & Domino Gherardo de Fagiano Jurisperito, & Vernagallo Scornisciani, Lucterio Buscecha, Nero Brigasani, & Bonamico Notario de Camelliano quondam Bocconis Civibus Pisanis ad hæc rogatis, & vocatis testibus, & de prædictis voluerunt fieri unum, & plura instrumenta ejusdem tenoris per Rogerium Ugonis Albizzi Notarium Antianorum Populi Florentini, & Bartholomæum Mussum Notarium de Pisis, & per quemlibet eorum.

Ego Rogerius filius Ugonis Albizzi, auctoritate Domini Romanorum Imperatoris publicus Notarius, prædictis omnibus, dum agerentur, interfui, & rogatus publicè scripsi, ideoque subscripsi.



Ego Laurentius quondam Cosmæ de Cantinis Civis Florentinus ex Ministris ad reformationes Civitatis Florentiæ in fidem subscripsi, & solito dicti Officij signo munivi ad laudem Dei.

Atteſtation autentique du Livre qui a pour titre : Æſtimationes damnorum datorum à Ghibellinis, &c.

Cette atteſtation ſert de preuve à ce que l'on explique dans l'article de Gondo fils de Ricovero de l'an 1266.

Die XIII. Septembris 1701.

FIdes per me infra ſcriptum, D D. Capitaneorum inclytæ Partis Guelphæ Cancellarium, qualiter inter vetera Archivij hujus monumenta aſſervatur Liber quidam membranaceus in ſolio majori, cui titulus eſt : Liber extimationum, ſeu Extimorum, Dampnorum datorum Guelfis de Florentia, olim rebellibus & exititiis, & illorum, qui ſteterunt Lucæ, & ejus diſtrictu, vel in aliquibus locis Comitatûs Florentiæ ad faciendam Guerram cum ipſis Guelfis ab anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo indictione tertiâ die quinta intrante menſe Septembris uſque in diem feſti ſancti Martini, quod fuit die Jovis undecimâ intrante menſe Novembris currentibus annis Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto, &c. Liber ſcriptus, & autenticatus de mandato & voluntate D D. Judicis, & Officialium ſub annis ejuſdem milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono indictione XIII. in quo quidem libro pagina 26. in ſextu Portæ ſancti Pancratij apparet articulus tenoris videlicet.

Item invenerunt unum Palatium, ſive Domum muratam Domini Albizi Trinciavelglie fuiſſe deſtructam dicto tempore in Populo ſanctæ Mariæ Ughonis, cui primo, & ſecundo via, tertio Corte ipſius Domini Albizi. quarto filiorum olim Gondi........ libras ſexcentas quinquaginta.

In quorum fidem me meâ manu ſubſcripſi, & ſolito Cancellariæ hujus ſigillo ſignavi, ut infrà pagina lxxxv.

Carolus Nardus Cancellarius.

Certificat autentique, par lequel on voit que Baldo fils de Gondo eſt un des ſix Approbateurs de la Sureté des Grands de Florence de l'an 1291.


Die xv. Januarij 1698. ab Incarnatione.

Fides qualiter in libro Proviſionum ab anno 1291. ad annum 1293. originaliter exiſtente in Archivio publico reformationum Civitatis Florentiæ inter cætera à 36. tergo apparet, & legitur infraſcripta Proviſio tenoris ſequentis ad verbum videlicet.

In milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo indictione quintâ, die vigeſimo ſexto intrante menſe Januarij poſt debitam Proviſionem, & deliberationem ſuper infraſcriptis per Dominos Priores Artium ſolemniter factam, per Conſilium centum virorum mandato Domini Capitanei in præſentia Dominorum Priorum in Eccleſia ſancti Petri Sceradij, more ſolito congregatum, facto pariter in ipſo Conſilio ad Piſſi-

des, & balloctas juxta formam, & auctoritate, & vigore ordinamentorum canonizatorum dicti Comunis, provisum, ordinatum, & firmatum fuit, quod salarium infrascriptum, sex approbatorum securitatem Magnatum Civitatis, & Comitatûs Florentiæ ad ipsum Officium præfato Comuni Florentiæ deputatorum sit, & esse debeat pro termino, & tempore duorum mensium inceptorum die decimâ septimâ mensis Decembris proximè præteriti in ea quantitate, quæ per dictos Dominos Priores Artium provisa, deliberata fuerunt, & expressa, & Camerarij dicti Comunis juxta ipsorum Dominorum Priorum deliberationem, & provisionem eisdem infrascriptis Approbatoribus solvere possint, & debeant de ipsius Comunis pecunia salarium antedictum.

Quorum sex Approbati nomina sunt hæc.
Philippus Ubaldini pro sextu Oltrarni.
Bonoguida Rinerij, pro sextu sancti Petri Scheradij.
Pierus Domini Tignosi, pro sextu Burgi.
BALDUS GONDI, pro sextu sancti Pancratii.
Procaccius Lapi pro sextu partæ Domûs, &
Neri Brunellini pro sextu Portæ S. Petri.



Ego Franciscus-Maria de Giuntinis Juris utriusque Doctor, Civis Florentinus, & Coadjutor primi Ministri ad reformationes in finem subscripsi, & solitum dicti Officij signum apposui.

Acte authentique, qui contient l'atteſtation, que les Enfans de BALDO GONDI furent proſcrits l'an 1311. parce qu'ils eſtoient adherans au Parti Ghibellin.

Die VII. Septembris MDCCI.

FIdes per me infraſcriptum DD. Capitaneorum inclytæ Partis Guelphæ Cancellarium, qualiter inter vetera Archivij hujus monumenta reperitur Liber quidam membranaceus, corio rubro coopertus in folio majori, quem vulgò appellant : *il Libro del Chiodo*, & in quo exiſtit Decretum quoddam, ſive Deliberatio Excelſorum DD. Priorum Libertatis, & Vexilliferi Juſtitiæ, Populi, & Comunis Florentiæ de anno MCCCXI. ſuper ejectione Gebellinorum, & revocatione Guelphorum pro conſervanda pace, & quiete Populi Florentini, ubi inter cæteros ejectos Gebellinæ Partis Fautores in ſextu Portæ ſancti Pancratij apparent deſcripti pagina 145.

» FILIJ BALDI GONDI »



NOs Proconſul, & Cnoſules Almi Collegij Judicum, & Notariorum Civitatis Florentiæ fidem facimus, & publicè atteſtamur, retroſcriptum D. Franciſcum Mariam de Giuntinis fuiſſe, & eſſe talem, qualem ſe facit legalem, & fide dignum, ejuſque ſcripturis, & ſubſcriptionibus ſemper adhibitam fuiſſe, & ad præſens adhiberi plenam & indubitatam fidem in judicio, & extra ab omnibus indifferenter : in quorum teſtimonium has noſtras fieri juſſimus noſtri ſoliti ſigilli impreſſione munitas. Datum Florentiæ hac die decimâ ſextâ ſtantis Septembris 1701.

Joannes-Baptiſta Tozzius Proviſor.

NOi infraſcritti Negozianti nella Piazza di Firenze aſteſtiamo il ſopraſcritto ſignore Franceſco-Maria Giuntini eſſere, tale quale ſi fà, & alle ſue ſcritture, e ſottoſcrizzioni preſtarſeli piena, & indubitata fede tanto in giudizio, che fuori da tutti indifferentemente, e percio ci ſiamo ſottoſcritti di noſtra propria mano queſto di trent' uno d'Ot-

tobre l'anno mille settecent' uno. in Firenze, &c.
Giuseppe Frescobaldi mano propria.
Sinibaldo Corboli mano propria.


Attestation qui concerne le Fasciolo, c'est à dire Filasse A. premier de l'année 1346. qui est gardée dans les Archives des Reformations de Florence, dans laquelle LIPPE de GONDI est registre Officier de la Tour

IN Dei nomine Amen. Anno ab Incarnato Redemptore millesimo septingentesimo primo, die verò decimâ-sextâ mensis Septembris.

Fede per me infrascritto, come nel Fascicolo Segnato A. originalmente esistente nell' Archivio pubblico delle Reformagioni della Citta di Firenze, e nelli Scaffali sopra gli Armadij delle Provisioni infra gli altri libri di detto Fascicolo vi e il libro Segnato A. primo numerato 388. dall' anno 1345. al 1347. di Tratte, di più, e diversi Offizij del Comune di Firenze, & infra l'altre Tratte iui descritte à 3. vi è la Tratta degli Offiziali di Torre, & in detta Tratta infra gl' altri per il Quartiere santa Maria Novella vi è l'ifrascritto nome nel tempo, e modo che appresso ad verbum, Cio è.

LIPPUS GONDI pro Quarterio sanctæ Mariæ Novellæ extractus fuit ad Officium Officialium super Civibus Comunis Florentiæ reinveniendis, qui vulgariter appellantur Officiales Turris per quatuor menses initiandos die primâ mensis. Septembris anni 1346.

Ego Laurentius quondam Cosmæ de Cantinis Civis Florentinus Minister ad Reformationes Civitatis Florentiæ in fidem subscripsi, & solito dicti Officij signo munivi, ad laudem Dei.



NOs Proconsul, & Consules Almi Collegij Judicum & Notariorum Civitatis Florentiæ fidem facimus, & publicè attestamur, suprascriptum D. Laurentium de Cantinis fuisse, & esse talem, qualem se facit, legalem, & fide dignum, ejusque scripturis, & subscriptionibus semper adhibitam fuisse, & ad præsens adhiberi plenam, & indubitatam fidem in judicio, & extra ab omnibus indifferenter : in quorum testimonium has nostras fieri jussimus nostri soliti sigilli impressione munitas. Datum Florentiæ hac die ultimâ stantis mensis Septembris 1701. Joannes-Baptista Tozzi Provisor.

NOi infrascritti Negozianti nella Piazza di Firenze attestiamo il Signore Lorenzo Cantini essere tale, quale si fà, & alle sue scritture, e sotto scrizioni prestarseli piena, & indubitata fede tanto in giudizio, che fuori da tutti indifferentemente, e perciò ci siamo sottoscritti di nostra propria mano questo di 31. Ottobre 1701. in Firenze.

Giuseppe Frescobaldi mano propria.

Sinibaldo Corboli mano propria.

Certificat authentique, par lequel on voit que la Tour située dans la Paroisse de sainte Marie d'Ughi appartenoit encore aux Seigneurs de GONDI, sçavoir: SIMON & BELLICOZZO frere & fils de GERI de GONDI l'an 1351.

IN Dei nomine Amen. Anno Domini nostri Jesu-Christi ab ejus salutifera Incarnatione millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo, indictione sextâ, die verò trigesimâ Januarij Innocentio XII. Summo Pontifice, & Serenissimo Cosmo III. Hetruriæ Magno Duce sexto feliciter dominantibus.

FIt fides per me infrascriptum qualiter in libro C. 2. à 37. existente in Officio Gabellæ Contractuum Civitatis Florentiæ inter cætera apparet, ut infrà, videlicet.

SIMON & BELLICOZZUS } fratres, & filij olim GERI GONDI populi sanctæ Mariæ Ugonis pro se, & Joanne eorum fratre minore emerunt à LIPPO BALDI GONDI tres partes de quatuor partibus dimidiatis pro indiviso unius domûs, Turris, & Loggæ positæ in populo sanctæ Mariæ Ugonis die decimâ Decembris 1351. pro precio Florenorum trecentorum auri rogato ser Philippo di ser Alberto di Verdura.

Ego Nicolaus Puccinius Subcancellarius in dicto Officio Gabellæ Contractuum in fidem subscripsi.

Acte de Vente des Gabelles de la Republique de Florence faite en l'année 1324. où GERI de GONDI signa & approuva ladite Vente comme Creancier de la République.

Die XXII. Augusti 1701.

FIdes qualiter in Libro Provisionum anni 1324. & 1325. originaliter existente in Archivio publico Reformationum Civitatis Florentiæ inter cætera ad paginam 94 apparet quædam Provisio obtenta in opportunis Consiliis dictæ Civitatis sub die XVIII. Martij 1324. circa approbationem venditionis multarum Gabellarum, & inter Officiales, & Dominos dictarum Gabellarum supradicti Comunis Florentiæ, quæ in dicta Provisione sunt descripti, apparet, & legitur infrascriptum nomen tenoris sequentis ad verbum videlicet.

GERIUS GONDI

Cet acte a esté certifié par Laurent de Cantini Bourgeois de Florence, & Gouverneur de la Chambre des Reformations de ladite Ville avec le Sceau, comme à la page cxxj.

Et a esté expedié par Jean-Baptiste Tozzi Prove-

diteur du Proconſul de Florence le dernier de Septembre 1701. avec le Sceau, comme à la page cxxj.

Et atteſté par les Negocians ou Banquiers de Florence, Freſcobaldi & Corboli le 31. Octobre 1701.

Acte par lequel Geri fils de Cozzi promet tant en ſon nom, que pour Lippe, & François ſes couſins d'obeïr & d'eſtre à l'avenir fidelles au Duc d'Athenes.

FIdes per me infraſcriptum qualiter in Rogitibus olim egregij Ser Bartholomæi quondam Nerij de Rufiano, exiſtentibus in Generali Archivio publico Florentino inter cætera apparet infraſcriptum inſtrumentum tenoris ſequentis, videlicet.

IN Dei nomine Amen, &c. Dominicæ Incarnationis anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo, indictione undecimâ, die quintâ menſis Novembris: GERIUS quondam COZZI GONDI populi ſanctæ Mariæ Ugonis pro ſe ipſo, & pro Lippo, & Franciſco fratribus, & filiis BALDI GONDI dicti Populi ſociis ſuis volens habere litteras, &c. ad hoc ut beneficio pacis, &c. & in Civitate Piſarum, &c. conſtitutus coram ſapienti viro Domino Antonio de Capraria Judice, & honorando Officiali Univerſitatis Mercatorum Mercantiæ Civitatis Florentiæ in ejus Curia, ut ſuprà pro ſe ipſo, & ſuo nomine, ac etiam pro prædictis Lippo, & Franciſco, &c. pro quibus, &c. ſuo proprio & privato nomine de Ratho, & Rathi habitione promiſit, & ſe facturum, &c. ex certa

ſcientia, & non per errorem ſolemniter promiſit, & convenit dicto Officiali, & mihi Bartholo infraſcripto uti publicæ perſonæ recipienti, & ſtipulanti pro Sereniſſimo Principe, & D D. Gualterio Athenarum Duce Civitatis, Comitatûs, & Diſtrictûs Florentiæ, ac Juriſdictione, vel honorando Dominio generali Comunis Florentiæ, & Comuni Florentiæ, & etiam pro Comuni Piſarum de ſtando, & parendo mandatis dicti D D. Ducis, Officialis, & Florentiæ Comunis, & de ſolvendo, &c. factiones, &c. & de non committendo fraudes, &c. alioquin promiſit, &c. dare ſummam &c. ducentorum florenorum, ſicutque in dictam ſummam aſcenderent, &c. pro quo &c. Mannellus Guidetti populi ſanctæ Felicitatis, & Dominicus quondam Lippi Giambollari populi ſanctæ Mariæ Ugonis extiterunt fidejuſſores, &c. & renuncians, &c. & prædictam ſatisdationem, &c.

Actum Florentiæ præſentibus teſtibus Zenobio Lottini populi ſancti Petri Majoris, & Gentile Vannis Saracini populi ſancti Felicis in Piazza.

Marcus de Bellinis Notarius, ac primus Miniſter Generalis Archivij publici Florentiæ in fidem ſubſcripſit hac die 24. Septembris 1699. ſalvo, &c.

Acte par lequel il paroist que GERI fils de COZZO de GONDI achette des terres & maisons situées en differentes Paroisses de Pandolfino fils de Pandolfi d'Imola, & de Tadée fille dudit sieur Pandolfi demeurant en la ville d'Imola, stipulant Simon fils dudit GERI de GONDI le 26. Mars 1349.

Et le 4. May 1350. le mesme GERI de GONDI preste au Sieur Nicolas Lotti dix-neuf florins d'or.

IN Dei nomine Amen, &c. Anno Domini nostri Jesu-Christi, ab ejus salutifera Incarnatione millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo, indictione sexta, die verò trigesimâ primâ mensis Julij Innocentio XII. Summo Pontifice, & Serenissimo Cosmo III. Hetruriæ Magno Duce sexto feliciter dominantibus.


FIdes per me infrascriptum, qualiter in libro D. primo à 178. existente in officio Gabellæ Contractuum Civitatis Florentiæ inter cætera apparet, ut infra videlicet.

GERIUS COZZI GONDI de Florentia populi sanctæ Mariæ Ugonis, Simon ejus filius pro eo emit domos, possessiones, terras, & bona posita in diversis populis à Pandolfino filio quondam D......... Domini Pandolfi de Imola, & à Domina Taddea filia dicti

Domini

Domini Pandolfini in Civitate Imolæ, pro pretio florenorum trecentorum quadraginta auri die 26. Martij 1349. per instrumentum rogatum à Joanne quondam Petri Magistri Benedicti de Imola relatum die 4. Maij.

Die IV. Maij solvit dicto Nicolao Lotti ut suprà recipienti sine quarto, ex eo factum fuit Imolæ florenos decem & septem auri.



Ego Nicolaus Puccinius Sub-Cancellarius in dicto Officio Gabellæ Contractuum in fidem subscripsi.



NOs Proconsul, & Consules Almi Collegij Judicum, & Notariorum Civitatis Florentiæ fidem facimus, & publicè attestamur, suprascriptum D. Nicolaum Puccinium fuisse, & esse talem, qualem se facit legalem, & fide dignum, ejusque scripturis, & subscriptionibus semper adhibitam fuisse, & ad præsens adhiberi plenam & indubitatam fidem in judicio, & extra ab omnibus indifferenter: in quorum testimonium has nostras fieri jussimus nostri soliti sigilli impressione munitas. Datum Florentiæ hac die decimâ sextâ stantis Septembris 1701.

Joannes-Baptista Tozzius Provisor.

NOi infrafcritti Negozianti nella Piazza di Firenze atteftiamo il fopraſcritto fignore Niccolò Puccini effere tale, quale fi fà, & alle fue fcritture, e fottofcrizzioni preftarfeli piena, & indubitata fede tanto in giudizio, che fuori da tutti indifferentemente, e perciò ci fiamo fottofcritti dinoftra propria mano quefto di 30. Marzo 1699. in Firenze.

Giufeppe Frefcobaldi mano propria.
Orazio Montauti mano propria.

Atteftation du Livre, que l'on appelle Liber Fabarum, *dans lequel font enregiftrées toutes les réfolutions de la Seigneurie de Florence, & qui fe garde dans les Archives des Reformations de Florence, où l'on voït originairement, que Simon Bellicozzo, & Jean fils de* GERI *de* GONDI *abjurent le Parti Ghibellin l'an* 1351.

Die 11. Octobris 1701.

FIdes qualiter in Libro *Fabarum* anni 1351. originaliter exiftente in Archivio publico Reformationum Civitatis Florentiæ inter cætera in medio dicti Libri apparet, prout infrà ad verbum videlicet.

IN Chrifti nomine, Amen. Anno Incarnationis ejufdem 1351. indictione quintâ, die nonâ menfis Februarij, Magnifici & Potentes Viri Domini Priores Artium, & Vexillifer Juftitiæ, Populi, & Comunis

Florentiæ, invicem, & unà cum Officio Gonfaloneriorum Societatum Populi, & cum Officio duodecim Bonorum Virorum Comunis prædicti congregati & constituti in sufficienti numero in Palatio Populi Florentini, auditâ supplicatione ab eis exposita pro parte discretorum Juvenum,

SIMONIS BILICOZZI, & JOANNIS	}	fratrum, & filiorum quondam GERII GONDI Civium Florentinorum supplicantium, quòd

per ipsos Dominos Priores, & Vexilliferum, Gonfalonerios, & duodecim Bonos Viros consentiatur, & deliberetur solemniter, quòd ipsi, & ipsorum quilibet possint recipi, & admitti per Capitaneos Partis Guelforum Civitatis Florentiæ, & secundùm ordinamenta de iis loquentia admittantur, & recipiantur pro se, & eorum filiis, & descendentibus per lineam masculinam in Guelfos, & ad juramentum Partis Guelfæ, & quod pro Guelfis haberi debeant, & censeri, & sic intelligantur esse, & sint ipsi, & eorum filij, & descendentes per lineam masculinam; & de bona vita, & pacificis moribus ipsorum Simonis, & Bilicozzi, & suorum prædecessorum multifariam informati, propter quæ de ipso Joanne Pupillo potest sperari, quod similiter se habebit, habita super prædictis, & infrascriptis omnibus, & singulis invicem collatione, & deliberatione solemni, & demum inter ipsos Dominos Priores, Vexilliferum, & duodecim Bonos Viros in sufficienti numero, ut præmittitur congregatos, præmisso, facto diligenti, & secreto scrutinio, & partito ad fabas nigras, & albas secundùm formam Statutorum, & ordinamentorum dicti Comunis, & obtento per tres partes omnium ipsorum Collegiorum, om-



ni jure, & modo, quibus meliùs potuerunt, providerunt, ordinaverunt, & ſtantiaverunt, quod prædicti Simon, Bellicozus, & Joannes, & quilibet ipſorum pro ſe, & eorum, & cujuſque eorum filiis poſteris, & deſcendentibus per lineam maſculinam recipiantur, & admittantur, & admitti & recipi poſſint per Capitaneos Partis Guelphorum Civitatis Florentiæ, & ſecundùm ordinamenta de iis ſequentia, & conſuetudinem hactenus obſervatam in Guelfos, & ad juramentum Partis Guelfæ, & pro Guelfis habeantur, & haberi debeant, & cenſeri, & verè Guelfi eſſe intelligantur, & ſint, & ſic conſenſerunt eos, & quemlibet ipſorum recipi, & admitti.

Acta fuerunt prædicta Florentiæ in Palatio ſupradicto præſentibus Joanne Vincentio Buoni uno ex Camerariis, Cameræ Armorum Palatij antedicti, & ſer Joanne Lagij Notario, Scriba Officij dictorum Dominorum Priorum, & Vexilliferi, teſtibus rogatis.

Ego Franciſcus-Maria Hieronymi de Giuntinis Juris utriuſque Doctor, Civis Florentinus, Coadjutor primi Miniſtri ad reformationes Civitatis Florentiæ, & Cancellarius clariſſimæ Practicæ Secretæ Suæ Celſitudinis Sereniſſimæ in fidem ſubſcripſi, & ſolitum dicti Officij ſignum appoſui.

Acte par lequel Lodoric Strozzi en qualité & comme tuteur de Gualterotti & de Bellicozzi, Enfans mineurs de Bellicozzi fils de GERI de GONDI accepte la succession de Bellicozzi leur Pere.

FIdes per me infrascriptum qualiter in rogitibus olim egregij filij Dominici quondam Allegri de Nutis, existentibus in generali Archivio publico Florentino inter cætera apparet à 215. infrascriptum Instrumentum tenoris sequentis videlicet.

IN Dei nomine Amen. Suæ salutiferæ Incarnationis anno millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, indictione secundâ, secundùm cursum & consuetudinem Civitatis Florentiæ, die nono mensis Decembris. Actum Florentiæ in populo sanctæ Mariæ Ugonis præsentibus Testibus ad hæc vocatis, & rogatis, Guidone olim Caccialostis de Trinciavellis, & Peruzzo Sandri dicti populi sanctæ Mariæ Ugonis, & Simone Scolai populi sancti Proculi de Florentia.

LOdorigus quondam Blasij de Strozzis populi sancti Miniatis inter Turres de Florentia, uti Tutor, & Tutorio nomine Gualterotti, & Bilicozzi Pupillorum quondam Bilicozzi, olim GERII GONDI constitutus in præsentia Domini Thomasij dam Ser Guidonis Pucci Judicis Advocati, legistæ matriculati, & descripti in matricula Artis Judicum,

& Notariorum Civitatis Florentiæ, sciens & cognoscens dictum BILICOZZUM quondam GERII GONDI testatum mortuum esse, & hæreditatem ipsius Billicozzi ex testamento delatam esse dictis Gualterotto, & Bilicozzo Pupillis infantibus in solidum, videlicet cuilibet eorum pro una dimidia, & credens & considerans ipsam hæreditatem fore, & esse eisdem utilem & lucrosam. Ideo omni modo, viâ & jure, quibus magis, & meliùs potuit tutorio nomine prædicto dictam hæreditatem dicti quondam Billicozzi Gerij ex testamento prædicto, pro dictis Pupillis infantibus in solidum adivit, & in ea se dictis nominibus in solidum immiscuit, & prædictos Gualterottum, & Billicozzum Pupillos, infantes, hæredes in solidum dicti quondam Bilicozzi Gerij olim patris ipsorum Pupillorum videlicet quemlibet eorum pro una dimidia esse dixit, voluit, & asseruit, & ad cauthelam idem Dominus Thomasius, &c.

Marcus de Bellinis Notarius, ac Minister in generali Archivio publico Florentino in fidem subscripsit hac die 24. Januarij 1702. ab Incarnatione, salva, &c.

Cet acte a esté attesté par Jean-Baptiste Tozzi Proveditеur du Proconsul de Florence le 24. Janvier 1702. avec le Sceau, comme à la page cxxix. & signé,

Jean-Baptiste Tozzi, Proveditеur.

Et certifié par les Negocians ou Banquiers de Florence, Frescobaldi & Montauti le 9. Février de la mesme année.

Inventaire des Effets delaiſſez par Bilicozzo Pere de Gualterotte & de Bellecozzi du neuf Decembre 1363.

FIdes per me infraſcriptum, qualiter in Rogitibus olim egregij Franciſci Dominici quondam Allegri de Nutis repoſitis in generali Archivio publico Florentino, inter cætera reperitur à 217. quoddam Inſtrumentum conditum ſub die nona menſis Decembris milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio, in quo leguntur infraſcripta, videlicet, &c.

Domina Joanna Vidua filia quondam Gualterotti Thaddei, & Uxor olim BILLICOZZI filij quondam GERII GONDI populi ſanctæ Mariæ Ugonis de Florentia cum licentia Nicolaij filij quondam Domini Gualterotti Thaddei Tieri Dictiſalvi de populo ſancti Andreæ de Florentia fratris ſui, & Simon, & Joannes fratres ſupradicti olim BILLICOZZI de GONDIS, & Leonardus Bartolini Salimbenis, ac Nicolaus Gualterotti frater dictæ Dominæ Joannæ Tutores, & pro tempore Curatores Gualterotti, & Bilicozzi filiorum infantium dicti olim BILLICOZZI quondam GERII GONDI, & præfatæ Dominæ Joannæ vigore teſtamenti conditi à præfato olim Bellicozzo de menſe Maij proximè præteriti acceptaverunt tutelam dictorum Billicozzi, & Gualterotti infantium, & ſucceſſivè fecerunt inventarium Rerum, Bonorum, Mobilium, & Immobilium remanſorum in hæreditate prædicti olim Billicozzi patris dictorum infantium, in quo inventario leguntur deſcripta bona, & alia infraſcripta, videlicet.

In primis Medietas pro indiviso unius Poderis cum pluribus Domibus, & Terris laborativis, vineatis, & boscatis, & arboribus positi in populo sancti Martini ad Valcavam Plebatus plebis sancti Cresci ad Valcavam Comitatûs Florentiæ loco dicto à Valcava infrà ejus confines.

Item., tertia pars pro indiviso duarum Domorum positarum Florentiæ in populo sanctæ Mariæ Ugonis, infrà ejus confines.

Item jus petendi, & exigendi à Comuni Florentiæ, seu à Camerario dicti Comunis infrascriptas quantitates pecuniarum, videlicet.

Florenos quinquaginta octo auri, quos dictus Billicozzus olim GERII GONDI recipere, & habere debebat, & hodie debentur ejus hæredibus à Comuni Florentiæ in, & super libris seu Registris primæ Præstantiæ dicti Comunis indictæ, & factæ in anno Domini 1362. de mense Junij, sive de mense Julij, & in alia parte alios Florenos quinquaginta octo auri, quos dictus olim Billicotius Gerij recipere, & habere debebat, & hodie debentur ejus hæredibus à dicto Comuni Florentiæ in, & super Libris, seu Registris secundæ Præstantiæ dicti Comunis indictæ, & factæ de mense Augusti in anno Domini 1362. ac etiam jus petendi, & exigendi à dicto Comuni, & à Camerario ejusdem omne donum, & interesse dicto quondam Billicozzo, & seu ejus hæredibus, occasionibus antedictis, vel altera earum quomodolibet debitum, & debendum, pro quo mutuo dictæ secundæ Præstantiæ est descriptus Creditor dicti Comunis in Florenis centum nonaginta quinque auri & denariis sex ad aurum in Libro & Registro appellato *Monte sesto*.

Item



Item jus petendi & exigendi à Comuni Florentiæ, ſeu Camerario ejuſdem infraſcriptas pecuniarum quantitates videlicet.

Medietatem cujuſdam crediti florenorum quinquaginta octo auri, quos dicti SIMON, & BILLICOZZIUS quondam GERII GONDI recipere, & habere debebant, & in quibus ſunt Creditores dicti Comunis in, & ſuper ejus libris, ſeu regiſtris tertiæ Præſtantiæ indictæ, & factæ de menſe Februarij, in anno Domini 1362. ac etiam in alia parte medietatem alterius crediti aliorum florenorum auri quinquaginta octo, in quibus dicti Simon, & Billicozzius Gerij, reperiuntur Creditores prædicti Comunis ſuper ejus libris, ſeu regiſtris quartæ Præſtantiæ indictæ, & factæ in dicto anno 1362. de menſe Martij: Ac etiam jus petendi, & exigendi à dicto Comuni, & à Camerario ejuſdem omne donum, & intereſſe dicto quondam Bilicozzio, & ſeu ejus hæredibus, occaſionibus antedictis, debitum, vel debendum.

Item quoddam debitum florenorum centum quinquaginta auri, quos Thomaſus Franciſci Davitij de Florentia, & ſocij Cives, & Mercatores Florentini dare, & ſolvere tenebantur ad ſcriptum libri dicti Thomaſij & ſociorum præfato quondam Billicozzio olim Gerij, & hodie dare tenentur, & ſolvere ejus hæredibus, & jus petendi, & exigendi à prædicto Thomaſio dictam quantitatem florenorum auri 150.

Item quoddam creditum aliorum florenorum auri centum quinquaginta, quos Cennes Donati Ramaccini ſolvere tenebatur dicto Billicozzio, & in quibus erat debitor dicti Billicozzi Gerij, & hodie eſt ejus hæredum, & jus petendi, & exigendi per dictos pupillos

hæredes prædictam quantitatem florenorum 150. auri.

Item tertiam partem cujusdam crediti librarum quadringentarum sex ad florentinam, quas Joannes Martini de Sezzano dare tenebatur dictis Simoni Billicozzio & Joanni fratribus, & filiis quondam GERII GONDI, & in quibus erat debitor eorumdem, & hodie est dictorum Simonis, & Joannis, & prædictorum hæredum dicti quondam Billicozzi Gerij, prout apparet per libros, & scripturas eorumdem SIMONIS, BILLICOZZI, & JOANNIS quondam GERII GONDI, & jus petendi, & exigendi per dictos pupillos, & hæredes tertiam partem dicti crediti, & quantitatis.

Item medietatem florenorum centum septuaginta quatuor auri, in quibus prædicti SIMON, & BILLICOZZUS quondam GERII GONDI sunt descripti Creditores Comunis Florentiæ super libris Montis dicti Comunis occasione præstantiæ factæ de mense Aprilis proximè præteriti per dictos Simonem, & Billicozzum Gerii.

Item medietatem alterius Crediti aliorum florenorum centum septuaginta quatuor, in quibus præfati Simon, & Billicozzius quondam Gerij sunt descripti Creditores ejusdem Comunis super libris, seu Registris montis dicti Comunis, occasione præstantiæ factæ de mense Maij 1363. per dictos Simonem, & Billicozzum, ac etiam jus petendi, & recipiendi à dicto Comuni, & à quibusvis Camerariis, ad prædicta deputatis, omnes pagas, & omne donum, & interesse, occasionibus prædictis, vel altera earum, hæredibus dicti Billicozzi quondam Gerij, quomodolibet debitum, & debendum, &c,

Et prout latiùs in dicto instrumento rogato per dictum quondam Dominicum olim Allegri de Nutis, ad quod, &c.

Marcus de Bellinis Notarius, ac unus ex Ministris Generalis Archivij publici Florentini in fidem subscripsit hac die primâ Februarij 1702. ab Incarnatione salva. &c.



NOs Proconsul, & Consules Almi Collegij Judicum & Notariorum Civitatis Florentiæ fidem facimus, & publicè attestamur, suprascriptum D. Marcum de Bellinis fuisse, & esse talem, qualem se facit, legalem, & fide dignum, ejusque scripturis, & subscriptionibus semper adhibitam fuisse, & ad præsens adhiberi plenam, & indubitatam fidem in judicio, & extra ab omnibus indifferenter: in quorum testimonium has nostras fieri jussimus nostri soliti sigilli impressione munitas. Datum Florentiæ hac die nonâ stantis mensis Februarij 1702. ab Incarnatione

Joannes-Baptista Tozzi Provisor.

NOi infrascritti Negozianti nella Piazza di Firenze attestiamo il Signore Marco Bellini essere tale, quale si fà, & alle sue scritture, e sotto scrizzioni prestarseli piena, & indubitata fede tanto in giudizio, che fuori da tutti indifferentemente, e per-

ciò ci siamo sottoscritti di nostra propria mano questo di 9. Febbraio l'anno settecent' due ab Incarnatione in Firenze.

Giuseppe Frescobaldi mano propria.

Orazio Montauti mano propria.

Bellicozzo baille à ferme des Terres du Montrinaldi de la Paroisse de Saint Cresci, tant en son nom qu'au nom de Simon son frere, à Simon fils de Sigerio, fils de Tucci le 19. Février 1361.


FIdes per me infrascriptum qualiter in Rogitibus olim egregij Ser Dominici, quondam Allegri de Nutis, existentibus in Generali Archivio publico Florentino inter cætera apparet à 37. infrascriptum Instrumentum tenoris sequentis, videlicet.

IN Dei nomine, Amen. suæ salutiferæ Incarnationis, anno millesimo trecentesimo sexagesimo primo indictione quinta decimâ secundùm cursum & consuetudinem Civitatis Florentiæ, tempore Domini Innocentij Papæ VI. die decimâ nonâ mensis Februarij. Actum Florentiæ in populo sancti Stephani Abbatiæ præsentibus testibus ad hæc vocatis & rogatis Coccho olim Donati populi sancti Simonis, & Joanne Bonajuti vocato Chauriglia populi sanctæ Mariæ in Campo de Florentia.

BILICOZUS olim GERII GONDI populi sanctæ Mariæ Ugonis de Florentia pro seipso, & vice, & nomine Simonis fratris sui, & filii quondam dicti GERII GONDI dicti populi sanctæ Mariæ, pro quo

de ratho promisit infrascripto Simoni conductori præsenti, & recipienti, locavit, & concessit ad affictum Simoni quondam Segerij olim Tucci de Monterinaldi populi Plebis sancti Cresci ad Valcavam de Mucello Comitatûs Florentiæ, præsenti, &conducenti pro se, & suis hæredibus, & cui, vel quibus locare voluerit, unum petium terræ vineatæ cum domo, cella, & columbaria positum in dicto Plebe sancti Cresci loco dicto Campo Petri, cui à primo via, à secundo hæredum Dominici Cucchi, à tertio Philippi Biagi de Strozzis intra prædictos confines, vel alios si qui forent plures, aut veriores hinc ad duos annos proximè venturos, & per totum dictum tempus, & terminum, &c. Et è converso præfatus Simon recepit, &c. & conduxit dicta bona, &c. & solemni stipulatione promisit, & convenit dicto Billicozzo locatori præsenti, recipîenti, & stipulanti pro se, & suis hæredibus, & vice, & nomine dicti Simonis quondam GERII GONDI, & ejus hæredum dicta bona pro ipsis BILLICOZZO & SIMONE GERII GONDI tenere, & possidere, & ab alio non confiteri, & ipsa bona diligenter coli & laborari facere ac etiam dare, & solvere eisdem BILICOZZO, & SIMONI quondam GERII GONDI pro affictu, & redditu dictorum bonorum quolibet anno dictorum duorum annorum ibidem apud dicta bona staroria triginta sex boni grani comunalis ad rectum starium Florentinum de mense Augusti, cujuslibet anni, & in fine dicti termini dictorum duorum annorum, &c. Quæ omnia, &c. promiserunt, &c. attendere, &c. sub pœna dupli, &c. obligantes, &c. renunciantes, &c. per guarantigiam, &c.

Marcus de Bellinis Notarius, ac Minister in generali Archivio publico Florentino in fidem subscripsit hac die 24. Januarij 1702. ab Incarnatione salva. &c.



NOs Proconsul, & Consules Almi Collegij Judicum, & Notariorum Civitatis Florentiæ fidem facimus, & publicè attestamur, suprascriptum D. Marcum de Bellinis fuisse, & esse talem, qualem se facit legalem, & fide dignum, ejusque scripturis, & subscriptionibus semper adhibitam fuisse, & ad præsens adhiberi plenam & indubitatam fidem in judicio, & extra ab omnibus indifferenter : in quorum testimonium has nostras fieri jussimus nostri soliti sigilli impressione munitas. Datum Florentiæ hac die vigesimâ quartâ stantis Januarij 1702. ab Incarnatione.

Joannes-Baptista Tozzius Provisor.

NOi infrascritti Negozianti nella Piazza di Firenze attestiamo il signore Marco Bellini essere tale, quale si fà, & alle sue scritture, e sottoscrizzioni prestarseli piena, & indubitata fede tanto in giudizio, che fuori da tutti indifferentemente, e perciò ci siamo sottoscritti di nostra propria mano questo di 9. Febbraio 1702. in Firenze.

Giuseppe Frescobaldi mano propria.

Orazio Montauti mano propria.

Certificat ſur le Sceau de BELICOZZO fils de GERI de GONDI, & ſur la mort du meſme arrivée le vingt-huit May 1362.

NOs infraſcripti rerum antiquarum Civitatis Florentiæ periti, ac publici Profeſſores fidem facimus, & atteſtamur, qualiter apud illuſtriſſimum D. Abbatem Carolum-Antonium olim illuſtriſſimi, & clariſſimi Senatoris D. Joannis-Baptiſtæ de Gondis à ſecretis Conſiliis Statûs Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, aſſervatur Sigillum quoddam æneum antiquiſſimum, in quo inſculptæ ſunt duæ claves ferreæ decuſſatæ, Stemma gentilitium nobilis, & antiquæ familiæ Gondiæ, circa quas ſcriptæ leguntur in intima circumferentia ejuſdem ſigilli hæc litteræ ✠ BILICOZZO DI GIERI GONDI * has claves interjacet litera B. initialis, ſeu ſingularis nominis ipſius Bilicotij. Quod quidem Sigillum ſuperius deſcriptum, & ex prototypo in cera rubra hiſpanica, & atramento typographico expreſſum, claré liquet fuiſſe olim ipſius Bilicotij, & ejus ætate factum, ipſoque tamquam ſuo & proprio uſum fuiſſe. Deceſſit ipſe BILICOTIUS GERII GONDI die XXVIII. Maij MCCCLXII. ut apparet in quodam libro ſignato C. XIV. pag. LXXX. exiſtente in publico Archivio Gabellarum Contractuum Civitatis hujus. In quorum fidem hanc atteſtationem propriâ manu ſubſcripſimus hac die XV. Junij MDCC. in hac Civitate Florentiæ.

Ego Bernardus Benvenutus Sacerdos Florentinus,

& Prior Ecclesiæ sanctæ Felicitatis Florentiæ.

Ego Franciscus-Maria Ducci Sacerdos Florentinus, insignis Collegiatæ Sæcularis Ecclesiæ sancti Laurentij Florentiæ Beneficiatus manu propriâ scripsi.

Ego Franciscus de Patriarchis Civis Florentinus, primus Minister in Archivio Magnæ Cameræ Fiscalis Civitatis Florentiæ meâ manu subscripsi.

IN Dei nomine, Amen, &c. Die decimâ quintâ mensis Junij millesimo septingentesimo.

Constituti personaliter coram me Notario infrascripto retroscripti, & suprascriptus

Admodum reverendus Dominus Bernardus Benvenuti Sacerdos Florentinus, Prior Ecclesiæ sanctæ Felicitatis hujus Civitatis Florentiæ,

Admodum reverendus Dominus Franciscus Maria Ducci Sacerdos Florentius, insignis Collegiatæ Sæcularis Ecclesiæ sancti Laurentij hujus Civitatis Florentiæ Beneficiatus, ac

Dominus Franciscus de Patriarchis Civis Florentinus, Primus Minister in Archivio Magnæ Cameræ Fiscalis hujus Civitatis Florentiæ, omnes à me Notario infrascripto optimè cogniti, causâ recognoscendi retroscriptam attestationem ab eis factam, & subscriptiones sub eorum nominibus cantantes ad pedes retroscriptæ attestationis existentes, quam, & quas per me Notarium infrascriptum eisdem, & cuilibet eorum ostensam, ostensas, visam, visas, & diligenter inspectam, inspectas, & maturè consideratam, consideratas, necnon lectam, & lectas, illam, & illas medio eorum, & cujuslibet eorum juramento, tactis pectoribus, & scripturis ad delationem mei Notarij sponte præstito, recognoverunt,

recognoverunt, & recognoscunt, & quilibet eorum recognovit, & recognoscit omniaque in retroscripta attestatione contenta vera fuisse, ac esse affirmarunt, & quilibet eorum affirmavit, & affirmat, & subscriptiones sub eorum nominibus cantantes, fuisse, ac esse propriis eorum manibus, & carachtere subscriptas, & exharatas requisiti super generalibus, & eorum personis ritè, & rectè responderunt, & quilibet eorum respondit.

In quorum, &c.



EGo Joannes-Evangelista Ulimentus de Miccinesis olim Joannis-Baptistæ filius Civis, & Notarius publicus Florentinus, de prædicta collatione rogatus ad fidem manu propriâ subscripsi, meoque Tabellionatûs signo signavi, ad laudem Dei, & beatæ Virginis Mariæ.

NIcolaus de Castellanis Jurisconsultus, Prothonotarius Apostolicus, Ecclesiæ Metropolitanæ Florentinæ Præpositus, necnon eminentissimi & reverendissimi DD. Jacobi Antonij, titulo sanctæ Ceciliæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Morigia & Archiepiscopi Florentini Vicarius, in spiritualibus, & temporalibus, Officialis locum tenens, Generalis, &c. Universis & singulis fidem facimus, & attestamur suprascriptum Dominum Joannem-Evangelistam Ulimentum de Miccinesis, qui prædi-

ctam recognitionem recepit, fuiſſe, & eſſe Civem, & Notarium publicum Florentinum, ac talem, qualem ſe fecit, ejuſque rogitibus, atteſtationibus, ſubſcriptionibus, & ſimilibus in judicio, & extrà adhibitam fuiſſe, ac de præſenti ab omnibus indifferenter plenam, indubiamque adhiberi fidem. In quorum &c. Datum Florentiæ in Curia Archiepiſcopali hàc die decimâquinta menſis Junij 1700.



Joannes Antonius de Lorentiis Vitucius Curiæ Archiepiſcopalis Florentinæ Camerarius, & Actuarius de mandato ſubſcripſi.

A di 15. Giug. 1700. in Firenze.

NOi appiè ſottoſcritti Negozianti nella Città e Piazza di Firenze, facciamo piena, & indubitata fede a chi s'aſpetta, qualemente il ſopraſcritto Ser Giouanni Evangeliſta Ulimento Miccineſi, che ſi è rogato di quanto ſopra, è tale, quale ſi fà, Cittadino, e Notaio pubblico Fiorentino legale, e degno di fede, & alle ſue ſcritture, inſtrumenti, ſottoſcrizzioni, e ſimili gli vien preſtata, e gli ſi preſta piena, & indubitata fede da tutti indifferentemente, e perciò ci ſiamo ſottoſcritti di noſtra propria mano, queſto di & anno di là detto in Firenze.

Sinibaldo Corboli mano propria.

Giuſeppe Freſcobaldi mano propria.

Atteſtation autentique d'un Fragment en parchemin de l'Acte d'acceptation des heritages, que Gualterotte & Bellicozzo, fils de Bellicozzo, fils de Geri Gondi font de la ſucceſſion de leur Pere.

ITem poſtea dictis anno, & indictione, die, & loco, & coram dictis teſtibus ad hæc vocatis, & rogatis, prædictus Loderigus Tutor, & Tutorio nomine prædictorum Gualterotti & Billicozzi Pupillorum in tantùm filiorum quondam Bilicozzi olim Gerij prædicti conſtituti in præſentia ſupradicti Domini Thomaſij Judicis, & legiſtæ prædicti, ſciens & cognoſcens dictum Billicozzium quondam Gerij Gondi teſtatorem mortuum eſſe, & hæreditatem ipſius Billicozzi ex teſtamento prædicto delatam eſſe dictis Gualterotto & Billicozzo pupillis infantibus in ſolidum, videlicet cuilibet eorum pro una dimidia, & credens, & conſiderans ipſam hæreditatem fore & eſſe eiſdem utilem, & lucroſam, ideo omni modo, via, & jure, quibus magis, & melius potuit Tutorio nomine ſupradicto dictam hæreditatem dicti quondam Billicozzi Gerij ex teſtamento prædicto prædictis Pupillis infantibus in ſolidum adivit, & in ea dictis nominibus in ſolidum ſe immiſcuit, & prædictos Gualterottum, & Billicozzum pupillos infantes hæredes in ſolidum dicti quondam Billicozzi Gerij olim patris ipſorum Pupillorum, videlicet quemlibet eorum pro una dimidia eſſe dixit, voluit, & aſſeruit; & ad cautelam idem

Dominus Thomasius Judex, & Legista prædictus prædictis omnibus suam, & Comunis Florentiæ auctoritatem interposuit, & decretum.

Item posteà dictis anno, & indictione, die, & loco, & coram dictis Testibus ad hæc vocatis, & rogatis, supradicta Domina Joanna vidua uxor quondam Billicozzi prædicti, & mater prædictorum Gualterotti, & Billicozzi pupillorum infantium cum consensu, licentia, & auctoritate supradicti Nicolai, quondam Gualterotti sui legitimi mund: habito, & obtento & sibi præstito in omnibus & singulis infrascriptis, & præfatus Simon, & Joannes fratres, filij quondam supradicti Gerij Gondi, & dictus Nicolaus quondam Gualterotti, & Leonardus olim Bensalini Salembenis constituti in præsentia supradicti Domini Thomasi Judicis, & Legistæ prædicti coram eo dixerunt, & exposuerunt, quòd dictus Billicozzus olim Gerij suum nuncupativum, sive scriptis condidit Testamentum, & in omnibus, & per omnia pro ut supra per eas fuit expositum, & narratum; & quod hæreditas ex testamento prædicto legitime pro dictis Pupillis infantibus adita, & acquisita fuit, & est, ut superiùs continetur, propter quæ Tutela testamentaria prædictorum Tutorum in dicto Testamento relictorum locum habet; quare petierunt à dicto Domino Thomasio Judice, & Legista prædicto, quatenus, auctoritate, qua fungitur, declaret, & ad cautelam confirmet per dictam Dominam Joannam, & per dictos Simonem & Joannem quondam Gerij, & Nicolaum quondam Gualterotti, & Leonardum olim Bartolini Tutores relictos in Testamento prædicto Tutricem, & Tutores prædictorum Gualterotti, & Billicozzi pupillorum infantium, &

cujuslibet eorum, & eisdem Tutrici, & Tutoribus testamentariis per omnia secundùm formam & dispositionem dicti Testamenti dicti quondam Billicozzi olim Gerij Gondi, & pro ut in dicto Testamento continetur, committat gestum, & administrationem personarum, bonorum, rerum, & jurium dictorum Pupillorum, & cujuslibet eorum maximè cùm ipsi sint parati, & se parati obtulerunt in effectu dictam tutelam sustinere, & promittere, jurare, Inventarium conficere, & omnia facere quæ de jure tenentur, & debent, & nominatim ipsa Domina Joanna parata sit renuntiare secundùm formam juris, & ea nunc legitimè, & solemniter renuntiavit dicto Domino Thomaso Judice, & mihi Notario infrascripto, præsenti, & recipienti, ut infrà, suis nuptiis, & Velleiano Senatus-Consultu, & omni alio auxilio, primo de eis, & eorum quolibet legitimè certificata juxta formam juris, & dictus Dominus Thomasus Judex, & Legista prædictus auditâ petitione prædictorum, & viso, & lecto Testamento, & contentis in eo, & attenta supradictæ hæreditatis aditione, & omnibus visis, & consideratis, quæ videnda, & consideranda fuerunt, annuens petitioni prædictæ auctoritate, & decreto, quibus fungitur, secundùm formam Statutorum Comunis Florentiæ, omnique modo, viâ, & jure, quibus magis, & melius potuit, declaravit, & ad cautelam confirmavit, prædictam Dominam Joannam, & dictum Simonem, & Joannem quondam Geri, Nicolaum quondam Gualterotti, & Leonardum quondam Bartolini Tutores in dicto Testamento relictos Tutricem & Tutores dicti Gualterotti, & Billicozzi pupillorum infantium, & cujuslibet eorum; quæ Domina Joanna Tutrix prædi-

cta cum consensu supradicti Nicolai sui mund: præsenti, & sibi consentienti, & qui sibi Dominæ Joannæ in omnibus & singulis infrascriptis consensu, licentiâ, & auctoritate dedit, & præstitit, & prædicti Simon, & Joannes quondam Gerij, Nicolaus quondam Bartolini Tutores prædicti, solemni stipulatione promiserunt, & convenerunt dicto Domino Thomaso Judice, & Legistæ prædicto, & mihi Domino Notario infrascripto, ut publica persona præsenti, recipienti, & stipulanti vice, & nomine supradictorum Gualterotti, & Billicozzi pupillorum, & cujuslibet eorum, & ipsorum, & cujuslibet eorum hæredum, ac etiam vice, & nomine omnium, & singulorum, quorum interest, intererit, aut posset quomodolibet interesse, ac etiam solemniter & legitimè juraverunt ad sancta Dei Evangelia corporaliter manu tactis Scripturis, dictam Tutelam diligenter gerere, & omnia, & singula dictis Pupillis, & quilibet eorum utilia facere, & inutilia prætermittere, & omne id totum, & quidquid ad eorum, vel alicujus eorum manus pervenerit de bonis, rebus, & juribus dictorum Pupillorum, vel alicujus eorum bonâ fide, & sine fraude salvare, & custodire, & rem dictorum Pupillorum, & cujuslibet eorum salvam fore, & inventarium de ipsorum Pupillorum bonis, & juribus conficere, & defensionem prædictis Pupillis, & quolibet eorum, & eorum, & cujusque eorum bonorum, & jurium omnino, & sine alia dilatione, vel mora subire, & defensioni debitæ sic offerre, ipsosque Pupillos, & quemlibet eorum, & ipsorum, & cujuslibet eorum res, bona, & jura omnimodo defendere, & in defensionem nullo casu dimittere, & administrationis, & gestûs sui debito tempore reddere rationem cum integra

residuorum, & reliquorum consignatione, & restitutione, & reliqua, & residua, & quicquid residuorum, & reliquorum nomine pertinet in integrum restituere, & consignare, & omnia, & singula facere, quæ de jure tenentur, & debent, salvo eo semper, uti valeant. Et prædicta omnia & singula attendere, & observare, & firma, & rata habere, & tenere, & contra ea, vel eorum aliquid non facere, vel venire per se, vel alium in judicio sive extra, sub pœna, & ad pœnam Florenorum auri centum, & insuper dupli ejus unde pro tempore ageretur, & ij essent, solemni stipulatione præmissa, ratis semper manentibus omnibus suprascriptis, & cum refectione damnorum, & expensarum, ac interesse litis, & extra, pro generalibus omnibus, & singulis observandis, & firmis tenendis obligaverunt prædicta Domina Joanna Tutrix dicto consensu, & prædicti Simon, & Joannes quondam Gerij, Nicolaus quondam Gualterotti, & Leonardus quondam Bartolini Tutores prædicti dicto Domino Thomaso Judici, & mihi Notario infrascripto præsenti, ut supra recipienti se ipsos, & quemlibet eorum in solidum, & cujusque eorum hæredes, & bona omnia, & singula mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, renuntiantes prædicti Tutrix & Tutores in prædictis omnibus, & singulis dicto Judici, & mihi Notario infrascripto præsenti, & ut suprà recipienti exceptioni doli, conditioni sine causa, in factum actioni, & nominatim ipsa Domina Joanna suis nuptiis, & Velleiani Senatusconsulto, & ipsi, &c.

. . .

In Dei nomine, Amen. Anno Domini nostri Jesu-Christi ab ejus salutifera Incarnatione millesimo septin-

gentesimo primo, indictione nonâ, die verò vigesimâ primâ Octobris Florentiæ.

Extracta fuit fideliter per me Notarium infrascriptum præsens copia ex quadam charta pecudineâ superiùs, & inferiùs non integra, & in utraque parte recisa, existente penès illustrissimum Dominum Carolum Antonium de Gondis Patricium Florentinum à Secretis Serenissimi Cosmi III. Magni Etruriæ Ducis, & quia accuratè, & diligenter ex dicta charta pecudinea de verbo ad verbum præfatam copiam transumpsi, ideoque in fidem me subscripsi.

Ego Franciscus-Maria Hieronymi de Giuntinis, Juris utriusque Doctor Civis, necnon Tabellio publicus Florentinus, de prædictis rogatus in fidem subscripsi ad laudem Dei, &c.

Attestation tirée de l'Archive des Reformations de Florence, sur l'argent que Simon Gondi fournit à la République l'an 1354.

FIdes qualiter in Libro Provisionum Anni 1354. originaliter existente in Archivio publico Reformationum Civitatis Florentiæ inter cætera ad paginam 69. à tergo apparent nomina multorum Prudentium Virorum qui mutuaverunt Comuni Florentiæ, seu Camerario Cameræ dicti Comunis pro ipso Comuni recipienti de mense Julij, vel Augusti dicti anni 1354. multas & varias pecuniæ quantitates, & inter illos, qui

qui, ut suprà mutuaverunt, legitur infrascriptus.

Simon Geri Gondi Florenos trecentos auri.

Et ibidem ad 71. dictis anno & mensibus.

Simon Geri Gondi Florenos quatuor centos sexaginta quinque.

Item in dicto libro originaliter existente, ut suprà dicto anno 1354 in Sindicatu Philippi Cionis cessantis, & fugitivi leguntur nomina multorum Civium Creditorum dicti Philippi interque legitur infrascriptum nomen videlicet.

Simon Geri Gondi.



Ego Laurentius quondam Cosmæ de Cantinis Civis Florentinus Minister ad Reformationes Civitatis Florentiæ in fidem subscripsi, & solito dicti Officij signo munivi ad laudem Dei.

Simon fils de Geri fils de Cozzo acheta pour & au nom de Geri son pere de Pandolphino fils de Pandolphe de la ville d'Imola dans la Romagne, & de Thadée sa fille des maisons & heritages situez en differens endroits l'an 1348.


IN Dei nomine, Amen. Anno Domini nostri Jesu Christi ab ejus salutifera incarnatione millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo, indictione sextâ die verò trigesima primâ mensis Julij Innocentio XII. Summo Pontifice, & Serenissimo Cosmo III. Etruriæ Magno Duce Sesto feliciter dominantibus.


Fides per me infrascriptum qualiter in libro D. primo à 178. existente in Officio Gabellæ Contractuum Civitatis Florentiæ inter cætera apparet, ut infrà videlicet.

Gerius Chozzi Gondi de Florentia, populi sanctæ Mariæ Ugonis; Simon ejus filius pro eo emit domos, possessiones, terras, & bona posita in diversis populis à Pandolphino filio quondam Domini Pandolphi de Imola, & à Domina Thadea filia dicti Domini Pandolphi in Civitate Imolæ pro pretio Florenorum trecentorum quadraginta auri, die vigesimâ sexta Martij 1349. per instrumentum rogatum Ser Joannis quondam Petri Magistri Benedicti de Imola relatum die 4. Maij.

1350. Die 4. Maij solvit dicto Nicolao Lotti, ut suprà recipienti sine quarto, ex eo quia factum fuit Imolæ Florenos decem, & septem auri.

Nicolaus Puccinius Subcancellarius in dicto Officio Gabellæ Contractuum in fidem subscripsit.





Simon de Gondi pour luy & pour Bellicozzo son frere achete de Pancia Bettini plusieurs pieces de terres le deux Avril 1358.

FIDES per me infrascriptum qualiter in una ex Filxis Rogituum olim egregij Ser Dominici quondam Allegri de Nutis reposita in generali Archivio publico Florentino, inter cætera reperitur sub die secunda mensis Aprilis millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto instrumentum venditionis scilicet quod.

Ser Pancia Bettini Notarius populi Plebis sancti Cresci ad Valcavam Comitatûs Florentiæ, qui morari consuevit in populo sancti Salvatoris de Florentia, emancipatus à dicto Bettino ejus patre, ut constare dixit instrumento publico inde confecto manu publici Notarij omni modo, jure, & viâ quibus magis, & meliùs potuit jure proprio, & in perpetuum vendidit, dedit, tradidit, & concessit.

Simoni filio quondam Gerij Condi populi ſanctæ Mariæ Ugonis de Florentia præſenti, ementi, & recipienti pro ſe ipſo, & vice, & nomine Bilicozzij fratris ſui, & filij quondam dicti Gerij dicti populi, & eorum, & cujuſque eorum hæredibus omnia, & ſingula infraſcripta bona videlicet.

In primis unum petium terræ vineatæ cum domo, cella, & columbaria poſitum in populo Plebis ſancti Creſci ad Valcavam Comitatûs Florentiæ, loco dicto *Campo Pietri.*

Item unum petium terræ cum Caſtaneis & Ciriegis poſitum in dicto populo ibi propè loco dicto *Cercatoio.*

Item unam domum cum curia, cella, & Porcili, & pergulis, & terris laborativis cum medietate pro indiviſo unius furni poſitam in dicto populo Plebis loco dicto *Capitignano.*

Item plures petias terrarum laborativarum, & in parte ſodarum, & partim vineatarum cum quercubus, & olivis, & aliis arboribus, & cum puteo poſitas in dicto populo, & loco dicto *Capitignano.*

Item unum petium terræ laborativæ, & partim ſodæ cum arboribus poſitum in dicto populo, & loco.

Item unum petium terræ laborativæ cum quercubus poſitum in dicto populo Plebis loco dicto *Fontanella.*

Item unum petium terræ laborativæ cum quercubus poſitum in dicto populo loco dicto *Capitignano.*

Item unum petium terræ laborativæ, & ſodæ cum quercubus poſitum in dicto populo & loco dicto *Boſola.*

Item unum petium terræ laborativæ, & ſodæ cum quercubus poſitum in dicto populo loco dicto *Valginozzi.*



Item unum petium terræ moggiatichæ cum quercubus positum in dicto populo loco dicto *la Bubiaia.*

Item unum petium terræ sodæ positum in dicto populo loco dicto *Pisciatoio.*

Item unum Palatium magnum cum columbaria, & cella, & curia, & una domo bassa, & casolare, & teneno cum vitibus positum in populo sancti Martini de Vespignano Comitatûs Florentiæ in Castro Vespignani.

Item unum petium terræ laborativæ cum horto, & arboribus positum in dicto populo sancti Martini in Podio Vespignani loco dicto *Ortale.*

Item unam domum cum cella, & curia, & pergulis, & cum terra laborativa cum Canneto, & vitibus, & arboribus positam in dicto populo sancti Martini in Burgo Vespignani, loco dicto *la Casà dell' Olmo.*

Item unum petium terræ laborativæ cum Aia, pergulis, & arboribus positum in dicto populo sancti Martini in Podio Vespignani, loco dicto *Chiusello.*

Item unum petium terræ vineatæ cum Casolare, & in parte laborativæ positum in dicto populo sancti Martini, in loco dicto *Castel Vecchio.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo sancti Martini in pendicibus Vespignani, loco dicto *il Fango.*

Item unum petium terræ cum arboribus positum ibi propè in dicto populo sancti Martini juxta portam inferiorem de Vespignano.

Item plura petia terrarum laborativarum cum arboribus posita in dicto populo sancti Martini, loco dicto *Donicato, e Poggiuoli.*

Item unum petium terræ laborativæ cum quercu-

bus positum ibi prope in dicto populo sancti Martini loco dicto Barberino.

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo loco dicto *Poggi Giraldi.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo, & loco.

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo sancti Martini, loco dicto *Tassinaia.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo loco dicto *Tassinaia.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo loco dicto *il Vaccile.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo, loco dicto *la Casaccia.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo sancti Martini, loco dicto *la Fontanaccia.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo sancti Martini in loco dicto *Monte Domini.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo, & loco.

Item unum petium terræ positum in dicto populo sancti Martini loco dicto *le Gieti.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo sancti Martini loco dicto *Paleo.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo sancti Martini loco dicto *in Piano di Pesciolla, sive Isola Pesciolica.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo, & loco.

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo & loco.

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo, & loco

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo, & loco.

Item unum petium terræ laborativæ positum in populo Plebis sancti Casciani Comunis Vispignani, loco dicto *Farneto.*

Item unum petium terræ laborativæ cum quercubus, & casolare positum in dicto populo Plebis sancti Casciani loco dicto *in Poggio.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in populo sancti Petri de Padule dicti Plebatûs sancti Casciani, loco dicto *Piano di Padule.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in Plebatu, & Comuni Burgi ad S. Laurentium Comitatûs Florentiæ in Piano de Lutiano, loco dicto *il Terreno.*

Item unam domum cum curia, cella, & Loggia, & cum terris vineatis, & laborativis cum arboribus positam in populo sancti Andreæ de Vezzano dicti Plebatûs sancti Casciani Comitatûs Florentiæ, & in Comuni Mucciani loco dicto *Querceto.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in populo sancti Petri de Vezzano dicti Plebatûs sancti Casciani loco dicto *nella Piolla.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in populo sancti Michaëlis de Ronta Plebatûs sancti Joannis Majoris Comitatûs Florentiæ, loco dicto *nelle Coltora di Satrialla.*

Item unum petium terræ laborativæ positum in dicto populo sancti Michaëlis, & loco prædicto.

Item unum petium terræ cum casolare positum ibi prope in dicto populo & loco.


UNiversis, & singulis hujus testimonij tabulas à me infrascriptas sacri Ordinis Militaris Equitum Divi Stephani Papæ & Martyris primus Minister, publicâ auctoritate perscriptas inspecturis cognitum, perspectum, contestatumque sit inter Acta, quæ custodiuntur, & adversantur in Tabulario ejusdem sacri Ordinis confecta ad probandam nobilitatem Equitum Militum Justitiæ in Equestrem Ordinem allectorum extare, etiam Acta, quibus perspicuè, & juxta Decreta, Constitutiones, Consuetudines ejusdem Ordinis, probationibus, nil dubij relinquentibus probata fuit Nobilitas infrascriptorum Equitum, Militum Justitiæ ex vetustissima Familia Patricia Florentina de Gondis. Et causa nobilitatis accuratè tractata secundùm ea judicatum fuisse cùm à Conventibus ex instituto hujus

amplissimi Ordinis ad cognoscendam causam specialiter delectis, tùm à Consilio ejusdem Sacri Ordinis Militaris, ac propterera in Equestrem hunc Ordinem cooptatos fuisse tanquam insigni Nobilitate conspicuos Equites infrascriptos.

1570. Cosme de Gondi de Scali, de Lenzi, Stufa.

Ac primùm in cooptando Equite Cosmo filio Antonij-Francisci, Nepote Senatoris Laurentij, pronepote Mariotti de Gondis pridie kalendas Novembris anni 1570. judicatum fuit de nobilitate clarissimæ stirpis de Gondis, quæ duobus ante sæculis claruerat, ex qua nascebatur idem Eques Cosmus, atque etiam Nobilis Familia de Scalis, ex qua originem ducebat Maria-Catharina de Scalis ejus paterna ava; itemque Nobilis Familia de Lenzis, ex qua nata erat Maria-Constantia de Lenzis ejus mater: demumque Nobilis Familia Stufa, ex qua prodierat Maria-Lucretia Stufa ejus materna avia.

1607. Antoine de Gondi, de Lenzi Gherardi, Tosinghi.

Similiter anno 1607. septimo kalendas Julij ratæ habitæ sunt, atque admissæ probationes de nobilitate Equitis Antonii-Francisci, Senatoris Laurentij filij, Senatoris Antonij Francisci nepotis, Senatoris Laurentij de Gondis pronepotis, qui iterum probavit antiquissimam nobilitatem suæ Familiæ de Gondis, ex qua nascebatur, atque etiam Nobilis Familiæ de Lenzis, in qua orta erat Constantia Lenzi ejus paterna avia: itemque Nobilis Familiæ de Gherardis, ex qua nata erat Maria de Gherardis ejus mater; demumque Nobilis Familiæ de Tosinghis, ex qua nata erat Lucretia Tosinghi ejus materna avia.

1619. Cosme de Gondi.

Præterea anno 1619. septimo kalendas Aprilis, Eques Cosmus filius Senatoris Laurentij, nepos Senatoris Antonij Francisci, pronepos Senatoris Laurentij, frater prædicti

prædicti Antonij-Francisci, rursus probavit in Judicio nobilitatem earumdem quatuor Familiarum, ex quibus cùm ipse, tùm ejus frater originem ducebat, atque ita rursus judicatum fuit.

Deinde anno 1623. tertio nonas Aprilis receptæ admissæque fuerunt probationes circa nobilitatem Joannis-Baptistæ, Alexandri filij, Joannis-Baptistæ nepotis Philippi de Gondis pronepotis, per quem Joannem-Baptistam evidenter probata fuit Nobilitas antiquissimæ Familiæ suæ de Gondis, ex qua originem ducebat, tùm verò nobilis Familiæ de Antinoris, ex qua oriebatur Nannina de Antinoris ejus ex patre avia, ac præterea nobilis Familiæ de Riccis, ex qua nata erat Joanna de Riccis ejus mater: tùm demum nobilis Familiæ de Niccolinis, unde prodierat Maria de Niccolinis ejus ex matre avia, quæ omnes sunt Familiæ Florentinæ Patriciæ. 1623. Jean-Baptiste de Gondi, Antinori, Ricci, Nicolini.

Anno verò 1641. in maximis Comitiis, quæ more, institutoque hujus sacri Ordinis, tertio quoque anno indicuntur, & habentur Pisis in Ecclesia ejusdem Ordinis, idem Joannes-Baptista decoratus fuit insignibus Magnæ Crucis, evectusque ad Dignitatem Magni Cancellarij sacri Ordinis Divi Stephani Papæ, & Martyris: deinde transacto triennio proximis Comitiis. Anno 1644. depositâ Dignitate, quæ ultra metas hujus temporis non protenditur, decoratus fuit insignibus Magnæ Crucis Bajulivij de Pientia, à Serenissimo Ferdinando II. Magno Etruriæ Duce, & hujus Ordinis Magno Magistro, ut constat ex honorificentissimis Codicillis ejusdem magni Magistri, quorum exemplum hîc subjicimus. 1641.

Cùm Eques, ac Senator Joannes-Baptista de Gon- 1644.

» dis Primarius à secretis Statûs nobis significari cura-
» vit adventari tempus, quo ab ipso proximis Comitiis
» munus, ac Dignitas Magni Cancellarij deponenda est,
» quam tribus ab hinc annis est consequutus, seque de-
» siderare etiam in posterum iisdem privilegiis uti, at-
» que iisdem insignibus Magnæ Crucis ornari, nos me-
» mores diuturnæ, fidæque operæ, atque administratio-
» nis, quam gessit multis annis in Officio nostri Ablega-
» ti Lutetiæ Parisiorum, nostrique Legati extraordinarij
» ad Aulam Christianissimam, tùm etiam in itineribus,
» quæ aggressus est ad Belgas, & Batavos ad procuran-
» da, & expedienda gravissima negotia: quamobrem
» eum delegimus nostrum Primarium à Secretis Statûs,
» ac Senatorem cooptavimus, ejusque operâ semper usi
» sumus in expediendis difficillimis, atque intimis ne-
» gotiis, & maximè Venetiis in feriendo fœdere cum
» ea Republica, ac nuper in concilianda pace ac se-
» dandis motibus, & discordiis harum Provinciarum,
» ipsum ob insignem virtutem, ac fidem, dexteritatem-
» que nostrum Plenipotentiarium constituimus: id circo
» ad explendum ejus desiderium non modò animum
» facilem induximus, sed etiam ultro, ac motu proprio
» ad Dei gloriam, & Divi nostri Ordinis augmentum,
» & amplificandum mandamus institui dignitatem cum
» insignibus Magnæ Crucis, tituloque *Bajulivi de Pun-
» tia*, eique assignari dotem ac stipendium annuum,
» quemadmodum alibi declaravimus. Itaque auctoritate
» horum Codicillorum creamus, & instituimus novam
» Bajulivi dignitatem cum titulo *Bajulivi de Puntia*,
» eique adjungimus omnem auctoritatem, jura, privi-
» legia, præeminentias, quæ hujus generis dignitatibus
» concedi consueverunt secundùm Constitutiones, De-

creta, ac Privilegia gratuita Sereniſſimorum Magno- «
rum Magiſtrorum Majorum noſtrorum, & noſtrâ cum «
facultate gerendi inſigne Magnæ Crucis; quam Baju- «
livi dignitatem ex præſenti tempore in hac prima inſti- «
tutione prædicto Equiti, ac Senatori Joanni-Baptiſtæ, «
quoad vivet, concedimus, eique quamdiu fruetur Ba- «
julivi dignitate mandamus perſolvi proventus ac ſti- «
pendium annuum, quod tanquam dotem hujus digni- «
tatis declarati ſumus, eoque vitâ functo, ſtatim extin- «
gui ac perimi. Atque ut hæc ſortiantur effectum, & «
rata, fixaque ſint Conſilium ſacri Ordinis hæc noſtra «
mandata exequi curet, & laudatus Eques Joannes-Bap- «
tiſta de Gondis immittatur in poſſeſſionem cum om- «
nibus dictis Privilegiis, & Diploma conficiatur, ſoli- «
to more ſervato. Atque hæc omnia motu proprio, cer- «
tâ ſcientiâ, & plenitudine ſupremæ noſtræ poteſtatis, «
& omni meliori modo. Datum Florentiæ quinto ka- «
lendas Aprilis anni 1644. «

Magnus Dux, & Magnus Magiſter. «

Anno 1658. tertio nonas Octobris, cùm in Equeſtrem hunc Ordinem adſcribendus eſſet Fridericus Juliani filius Friderici nepos, Juliani pronepos de Gondis probavit Nobilitatem antiquiſſimæ Familiæ ſuæ de Gondis, tum de Arriguccis, ex qua nata erat Catharina de Arriguccis ejus paterna avia, itemque Nobilis Familiæ de Giannis, unde nata erat Eliſabeth de Giannis ejus mater, ac demum Nobilis Familiæ Baronum de Ricaſolis ejus ex matre avia, & obtinuit.

1652. Frederic de Gondi, Arigucci, Gianni, Ricaſoli.

Denique anno 1697. ſexto kalendas Martij, probavit Nobilitatem ſuæ Familiæ Eques Joannes-Baptiſta Cajetanus Ferdinandi-Alexandri Senatoris filius, Joannis-Baptiſtæ Senatoris, & Bajulivi nepos; itemque Nobi-

1607. Jean-Baptiſte Caietan de Gondi, Bonaccorſi Medecis.

lis Familiæ de Bonaccursis, unde nata erat Maria-Magdalena de Bonaccursis ejus ex patre avia, ac rursus ipsius Familiæ de Gondis, ex qua nascitur Octavia Equitis Friderici de Gondis, mater prædicti Equitis Joannis-Baptistæ Caietani; tùm demum Nobilissimæ Familiæ Medicis, unde nata erat Catherina Medices ejus materna avia, & obtinuit.

In quorum fidem &c. Datum Pisis in Cancellaria Illustrissimi, & sacri Ordinis Militaris prædicti.



Ego Bernardinus de Gherardis Juris utriusque Doctor, necnon Notarius publicus Florentinus, primus Minister Cancellariæ, & Notarius sacri Ordinis Militaris prædicti subscripsi ad laudem Dei, & solitum ejusdem sacri Ordinis signum apposui de mandato die supradicto.

Nos duodecim Equites Consilij sacri Militaris Ordinis Sancti Stephani Papæ & Martyris Pisis residentes, notum facimus, publiceque testamur omnia, & singula suprascripta vera fuisse, & esse, necnon supradictum Juris utriusque Doctorem Bernardinum de Gherardis esse talem, qualem se facit, ejusque scripturis fidem indubiam ubique adhiberi, In quorum &c.

Ego Cæsar Parasaccus dicti sacri Ordinis Advocatus, & Vicecancellarius.

Contract d'acquisition d'une piece de terre labourable de douze septiers mesure de Florence, par lequel on voit l'ordre de filiation de Scota fille de Perso, fils de Manieri, fils d'Orlando Belicozzo qui vivoit l'an 1100.

Cette Piece & la suivante n'estant venuës qu'aprés coup, on ne les a pû mettre dans leur ordre cronologique qui est pages 53. & 251.

IN nomine Domini, Amen. Anno ab ejus Incarnatione millesimo trecentesimo vigesimo sexto, indictione nonâ, die vigesimo secundo mensis Augusti. Franciscus filius olim Clari Salvi Hieronymi de Populo Ecclesiæ Sancti Pancratij, dedit, vendidit, & tradidit jure proprio, & in perpetuum Dominæ Luciæ Pinzocheræ uxori olim Lissimi de Medicis, & filiæ quondam Domini Buonaguidæ moranti in Populo Ecclesiæ Sancti Pauli de Florentia, pro se suisque hæredibus recipienti, & ementi, unam petiam terræ aratoriæ sive campiæ positæ in Populo Sancti Laurentij de Campi, in loco dicto Gravigniano, quam dixit esse stariorum duodecim ad rectam cordam, & mensuram Communis Florentiæ, & tales habere confines à primo latere via, à secundo Ubertini Rossi de Strozzis, à tertio Dominæ Scottæ filiæ quondam PERSI MANERII, à quarto verò latere terræ Ecclesiæ Sancti Laurentij prædicti, & Dominæ Scottæ prædictæ, ad habendum, tenendum, ac jure proprio possidendum, & quidquid est inde dictæ emptrici, & ejus hæredibus deinceps placuerit perpetuò faciendum sine dicti venditoris, vel ejus hæredum aut alterius personæ, contradictione aliqua, seu lite infra dictos confines, totam dictam petiam terræ, vel si veriores fore invenirentur; unà cum

omnibus ſuper ſe; vel in, ſeu inter ſe in integrum habitis, omnique actione, acceſſione, ſeu repetitione, uſu, requiſitione, ſibi venditori, vel alij pro eo, ſeu ipſi rei venditæ competentibus, vel pertinentibus, & cum acceſſibus, & egreſſibus ſuis, uſque in viam publicam, quam namque petiam terræ dictus Franciſcus venditor ſe nomine dictæ Luciæ emptricis conſtituit poſſidere, donec ejuſdem rei poſſeſſionem emptor acceperit corporalem, quam accipendi ipſius emptricis propriâ auctoritate, & retinendi deinceps, dictus venditor eidem emptrici plenam licentiam contulit, & omnimodam poteſtatem promittens per ſe ſuoſque hæredes dictus Franciſcus venditor Dominæ Luciæ emptrici prædictæ pro ſe ſuiſque hæredibus ſtipulanti, & recipienti ex dicta re vendita litem vel queſtionem aliquam in judicio, vel extra ullo tempore non inferre nec inferenti conſentire, ſed ipſam rem venditam ejuſque fructus, redditus, & proventus legiptimè ab omni perſona, & univerſitate, quæ in litem, vel queſtionem egerit, moverit, vel intulerit, & de jure, & de facto ab inquiſitione, & officio Inquiſitionis hæreticæ pravitatis, defendere, auctorizare, & modis omnibus expedire, & vacuam, & liberam, & expeditam poſſeſſionem dictæ emptrici tradere, & eam in dicta poſſeſſione facere potiorem, & de indempnitate ab omnibus, & ſingulis Libris impoſitis, datiis, collectis, factionibus, & oneribus, quæ ſupradictâ re venditâ de cætero potirentur, & exigerentur, evictione dictæ rei venditæ ſecuta, vel non ſecuta de jure vel de facto, omnibus ejuſdem venditionis, Advocatis, Procuratoribus, ſumptibus, & expenſis, remiſſa ipſi emptrici & nunc per pactum appellandi neceſſitate, ſi ſuper evictionem



dictæ rei venditæ pronuntiari contigerit contra ipsam emptricem, & acto inter ipsos contrahentes expresè, ne possit dicere dictus Franciscus, quòd huic Dominæ Luciæ facta fuerit injuria, vel injustitia, si dicta res vendita in toto vel parte evinceretur, aut quod ipsius emptricis culpâ, vel negligentiâ sit evicta, & hanc venditionem, & omnia, & singula suprascripta firma, & rata habere & tenere perpetuò, & contra prædicta, vel aliquod eorum datum, aut factum non habere, neque dare, vel facere in futurum; si autem contra fecerit, aut contra factum apparuerit, vel si, ut dictum est, non defenderit, non observaverit, & non adimpleverit cum effectu, promisit, & convenit idem venditor per se suosque hæredes per solepnem stipulationem Dominæ Luciæ emptrici prædictæ pro se suisque hæredibus stipulanti, & recipienti dare, & solvere nomine pœnæ duplum ejus, unde lis esset, aut questio moveretur, & prætij infrascripti, & insuper libras ducentas florenorum parvorum, & dapna omnia, expensas, & interesse propterea competiturum, integrè relarene, & emendare ratis, & firmis nihilominus semper manentibus omnibus, & singulis suprascriptis. Obligans venditor suprascriptus Dominæ Luciæ emptrici præfatæ recipienti, ut suprà, pro prædictis omnibus, & singulis observandis, ac efficaciter adimplendis, se suosque hæredes, & bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, quæ se pro eadem emptrice, & ejus nomine constituit possidere. Pro qua verò venditione, & omnibus, & singulis suprascriptis, Franciscus venditor prædictus fuit confessus, & contentus, se nomine justi prætij recepisse, & habuisse, ac sibi venditori à dicta Domina Lucia emptrice prædicta datas, solutas,

& numeratas fore ad rationem librarum decem pro quolibet dictorum duodecim stariorum dictæ petiæ terræ ad dictam cordam, & mensuram Communis Florentiæ in summa libras centum viginti bonorum Florenorum parvorum, donans ipsi Emptrici recipienti, ut suprà, purè, liberè, & simpliciter, & irrevocabiliter inter vivos totum, & quidquid dictæ petiæ terræ ulteriùs, & meliùs valebat pretio proximè antedicto, & renuncians in iis omnibus Franciscus venditor prædictus exceptioni non factæ dationis, traditionis, venditionis & donationis prædictæ, & non habiti, & non numerati, & sibi non soluti, & non recepti dicti pretij, & omnium prædictorum non solepniter, & non legiptimè peractorum, omnique alij legum, juris, & constituti auxilio, & exceptione dicto Francisco venditori competentibus, vel profuturis: cui Francisco prædicta volenti, & confitenti præcepi ego Maffeus Lapi Rainerij Notarius infrascriptus, ut per guarantigiam secundùm formam Capituli, & Constituti Civitatis Florentiæ de Guarantigia loquenti, quatenus Dominæ Luciæ emptrici prædictæ defendat dictam rem venditam, ac cætera faciat, adimpleat, & observet, quæ ipsi emptrici suprà promisit, & continetur. In agendo verò, & contrahendo prædicta in principio, medio, & fine dicti Instrumenti venditionis, fuit hoc actum, & expresse, & per pactum inter ipsos contrahentes appositum; quòd si dicta petia terræ re ipsa fuerit esse plus dictis duodecim starioris, quod etiam ipsum plus cedat, & includatur in præsentem venditionem, dummodo dicta Domina Lucia emptrix teneatur, & debeat ad dictum pretium addere, & solvere ipsi Francisco venditori ad supradictam

tam

tam proximè rationem librarum decem pro ſtarioro ; ſi verò minus fuerit ipſa petia terræ dictis duodecim ſtarioris ad cordam, teneat, & debeat idem Franciſcus venditor reddere, & ſolvere, & reſtituere Dominæ Luciæ prædictæ de pretio ſupradicto centum viginti librarum Florenorum parvorum ad eamdem rationem librarum decem pro ſtarioro, pro ut pro rata continget. Et hæc promiſerunt inter ſe viciſſim attendere, obſervare, & adimplere ſub pœna dupli ejus, unde lis eſſet, aut queſtio moveretur, ſolepni inter eos ſtipulatione promiſſà, & refectione hinc inde dapnorum, expenſarum, & intereſſe litis, & extra; ratis, & firmis nihilominus manentibus ſemper hiis. Obligantes hij, & D. Franciſcus, & Domina Lucia contrahentes pro hiis omnibus obſervandis, & adimplendis, ſe, eorumque hæredes, & bona mobilia, & immobilia, præſentia, & futura, quæ alter pro altero conſtituit precariò poſſidere. Renuntians in hiis omnibus prædictis Franciſcus, & Domina Lucia exceptioni non celebrati contractus, & non legiptimè, & non ſolepniter celebrati, & omnium prædictorum non ſolepniter peractorum, omnique alij juri, & exceptioni ipſis contrahentibus, vel'alteri ipſorum competentibus, vel profuturis. Quibus Franciſco, & Dominæ Luciæ contrahentibus prædictis præcepi ego Maffeus Notarius infraſcriptus per guarantigiam ſecundùm formam dicti Capituli conſtituti Civitatis Florentiæ, ut inter ſe faciant, & obſervent, quæ ſuprà ad invicem promiſerunt, & contraxeruut.


Intervention de la mere de François, fils de Jerôme du Quartier de S. Pancrace de Florencce.

Ad hæc Domina Mandina vidua uxor olim dicti Clari Salvi Hieronymi, mater dicti Franciſci venditoris prædictis omnibus præſens, interveniente, ſibi in

hiis omnibus, & singulis infrascriptis consensu Stephani Pieri de Populo Sanctæ Mariæ de Campi mundualdi sui ibidem præsentis, pro ut constat de ipso mundio per Instrumentum ante hæc hodie rogatum, & imbreviatum manu mei Maffei Notarij suâ liberâ & spontaneâ voluntate dictæ venditioni consensu & parabolam tribuit, & certiorata à me Maffeo Notario dictam rem venditam fore pro ejus Dotibus obligatam, renuntiavit omni suo juri hypotecarum, & cuilibet juri alij, quod habebat, vel habere poterat occasione dotium suarum, vel alia quacumque idem jus Dominæ Luciæ emptrici prædictæ pacto remittens, & promittens per se suosque hæredes Domina Mandina prædicta dictæ Dominæ Luciæ emptrici prædictæ, pro se suisque hæredibus stipulanti, & recipienti prædictam venditionem, & omnia & singula suprascripta perpetuò firma, & rata habere, & tenere, & non contrafacere, vel venire per se per vel alium aliquâ ratione, vel causâ de jure, vel de facto sub pœna librarum ducentarum florenorum parvorum, & dupli ejus, unde lis esset, aut questio moveretur, & pretij supradicti, stipulatione promissâ, & dapnorum, & expensarum, & interesse litis *anzi* refectione, ratis, & firmis semper manentibus supradictis sub obligatione sui, suorumque bonorum, mobilium, & immobilium, præsentium, & futurorum, quæ se pro Domina Lucia emptrice prædicta, & ejus nomine constituit possidere. Cui Dominæ Mandinæ prædictæ volenti, & confitenti præcepi ego Maffeus Notarius infrascriptus, ut per Guarantigiam secundùm formam dicti Capituli constituti Civitatis Florentiæ de Guarantigia loquentis, quod idem Dominæ Luciæ emptrici faciat, & observet, quæ ei supra

promisit, & contraxit. Actum Florentiæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ Novellæ coram Fratre Ugolino de Sommaia, & Fratre Bene de Sancto Floreno, ambobus de Conventu Fratrum Prædicatorum ejusdem Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Novellæ ad hæc Testibus.


Item die vigesimo ejusdem mensis Augusti.



Ego Maffeus Lapi Rainerij de Florentia, Imperiali auctoritate Judex ordinarius, publicusque Notarius, prædictis omnibus, dum agerentur interfui, rogatus publicè scripsi, meoque signo consueto signavi.


ATtestor ego Notarius infrascriptus extraxisse suprascriptum Instrumentum ex quadam carta pecudinea alba antiquissimi caracteris conscripti existens penès admodùm Reverendos Patres Majoris Conventûs Sanctæ Mariæ Novellæ hujus Civitatis Florentiæ Ordinis Prædicatorum, & in Archivio eorumdem ad instantiam Illustrissimi Domini Abbatis Caroli-Antonij de Gondis Nobilis Florentini, ac Serenissimi Magni Etruriæ Ducis à Secretis, & à Consiliis, & quamvis alienâ manu conscriptum, factâ tamen diligenti collatione, & limatione salvâ semper meliori, concordare inveni, prout mihi assertum fuit à dicto Reverendissimo Domino Francisco Maria de Duccis Sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Laurentij Cappellano, & in Civitate Florentiæ perito

Scriptore, cum una ſimul reſcontravimus.
In quorum fidem, &c.



EGo Joannes-Antonius Pecorinus quondam Philoſophiæ ac Medicinæ Doctoris Alexandri filius, Notarius publicus Florentinus de prædictis, &c. fidem facio, & in fidem me ſubſcripſi, meoque ſolito Tabellionatûs ſigno ſignavi ad laudem Dei &c.

THomas ex Comitibus della Gherardeſca Juriſconſultus Prothonotarius, atque Eccleſiæ Metropolitanæ Florentinæ Decanus, necnon Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. D. Leonis Strozza, Dei, Sanctæque Sedis Apoſtolicæ gratiâ Archiepiſcopi Florentini Vicarius, ac Officialis in ſpiritualibus, & temporalibus Generalis. Univerſis, & ſingulis fidem facimus, & in verbo veritatis atteſtamur, ſupraſcriptum Dominum Joannem-Antonium de Pecorinis, qui de prædictis fidem facit, eſſe talem, qualem ſe facit legalem, & fide dignum, ejuſque ſcripturis, rogitibus, ſubſcriptionibus, atteſtationibus & ſimilibus ſemper adhibitam fuiſſe, & de præſenti adhiberi in judicio, & extra plenam indubiamque fidem ab omnibus indifferenter. In quorum teſtimonium &c. Datum Florentiæ in noſtro Archiepiſcopali Palatio hac die vigeſimâ ſecundâ Auguſti 1701.



Joannes-Antonius de Lorentiis Vituccius Curiæ Archiepiſcopalis Florentinæ Camerarius, & Actuarius in fidem de mandato ſubſcripſi.

NOi infraſcritti Negozianti della Piazza di Firenze, atteſtiamo per la verità à chi s'aſpetta, qualmente il Signore Gio: Antonio Pecorini, che ſi è rogato del preſente tranſunto, è tale, quale ſi fa Notaio publico Fiorentino, & alle ſue ſcritture, ſoſcrizioni, atteſtazioni, Inſtrumenti, e coſe ſimili, ſempre ſe gli è preſtata, e di preſente gli ſi preſta piena & indubitata fede, da tutti indifferentemente, in fede di che ci ſiamo ſoſcritti di noſtra propria mano, queſto dì 22. Agoſto 1701.

Giuſeppe Freſcobaldi mano propria.

Sinibaldo Corboli mano propria.

Atteſtation du Mariage & de la dot de Barthelemy de Gondi avec Lena de Sommaia.

AL Nome di Dio, Amen, L'anno del noſtro Signore Giesù Chriſto, della ſua ſalutifera Incarnazione mille ſettecento uno, indizione nona, & il dì 21. di Luglio, Clemente X I. Sommo Pontefice, & il Sereniſſimo Coſmo I I I. de Medici, Gran Duca di Toſcana V I. felicemente dominanti.

FEde per me infrascritto qualmente nel Libro H. 3. di Doti esistente nell' Offizio della Gabella de Contratti, della Città di Firenze, infra le altre Doti, a 214. vi apparisce l'appresso portata cioè.

A dì 30. di Aprile 1546.

Bartolommeo di Bernardo di Antonio Gondi consumò matrimonio, con Mona Lena sua Donna, e figliuola di Bernardo, di Ridolfo dà Sommaia in Napoli, non sono mesi sei, e per sua dote hà ricevuto fiorini due mila di Carlini di Napoli fior: 2000. di Carlini.

Ego Nicolaus quondam Petri-Francisci de Puccinis Subcancellarius in dicto Officio Gabellæ Contractuum Civitatis Florentiæ in fidem subscripsi.

Attesté par Jean-Baptiste Tozzi Proveditеur du Proconsul de Florence le vingt-neuviéme Juillet 1701.
Signé, Jean-Baptiste Tozzi Proveditеur avec le Sceau, comme à la page clxj.

Et certifié par les Negocians, ou Banquiers Expeditionnaires de Florence, Signé
Joseph Frescobaldi.
Horace Montauti.

Atteſtation authentique du Teſtament de Catherine fille de Lape ou de Jacques de Gondi de l'année 1395. *tirée de la Chancellerie de l'Office des Contracts de Florence.*

AL Nome di Dio, Amen. L'anno del noſtro Signore Gieſu Chriſto, della ſua ſalutifera Incarnazione mille ſettecento uno, indizione nona, il di quindici di Settembre Clemente XI. Sommo Pontefice, & il Sereniſſimo Coſmo III. de Medici Gran Duca VI. di Toſcana felicemente dominati.


FEde per me infraſcritto come nel Libro ſegnato A. 46. a 287. eſiſtente nell'Offizio della Gabella dé Contratti, della Città di Firenze infra le altre coſe vi appariſce quanto appreſſo cioè.

Domina Catharina filia olim Lapi Gondi ad præſens Populi Sancti Petri Buonconſiglio, & uxor olim Antonij Ghinghi de Manfredis de Florentia ſuum condidit Teſtamentum die quartâ menſis Maij 1395. per rogitum Ser Antonij Vieri Chelli, & reliquit videlicet.

Lagiæ filiæ olim Guvagni de Ropezzo, quæ ſtetit pro famula cum dicta Teſtatrice.

Miniatum filium olim Lippi Gondi Cuginum ipſius Dominæ Catharinæ, ſibi hæredem univerſalem inſtituit, & ſi contingeret dictum Miniatum præmori ipſi Teſtatrici, eo caſu ſubſtituit Leonardum filium Simonis Geri Gondi Populi Sanctæ Mariæ Ugonis de Florentia.

Expedié par Nicolas de Puccini Souſchancelier des Gabelles des Contracts de Florence, avec le Sceau, comme cy-devant page ccccliv.



Atteſté par Jean-Baptiſte Tozzi Proveditcur du Proconſul de Florence le dix-ſeptiéme Septembre 1701.

Signé, Jean-Baptiſte Tozzi Proveditcur.

Et certifié par les Negocians, ou Banquiers Expeditionnaires de Florence, Signé

Joſeph Freſcobaldi.
Sinibalde Corboli.

Atteſtation autentique du Teſtament de Mathieu, fils d'Antoine, fils de Philippe ou Philippon de Gondi de l'année 1484.

FIdes per me infraſcriptum, qualiter ſub die vigeſima ſecunda menſis Julij milleſimo quatuorcenteſimo octuageſimo quarto. Nobilis vir Mattheus olim Simonis Philipponis de Gondis Civis Florintinus condidit Teſtamentum, in quo inter cætera in eo diſpoſita leguntur infraſcripta cæterata videlicet.

Item Jure legati reliquit Dominæ Vaggiæ ejus dilectæ uxori, & filiæ olim Antonij Nicolai de Peruzzis.

Item reliquit, & legavit Dominabus Magdalenæ, ſive Angelæ, & Dimitillæ ſororibus dicti Teſtatoris exiſtentibus

exiſtentibus monialibus unà videlicet Magdalena, ſive Angela in Monaſterio de Faenza, & alia videlicet Dimitilla in Monaſterio Lapi &c.


Item attento qualiter inter dictum Teſtatorem, & Carolum de Gondis fuerint &c.

Item jure legati reliquit, & legavit Juliano, & Antonio de Gondis jura dotis matris dicti Teſtatoris, videlicet floreni auri octingenti, quos voluit excomputari ex debito, quod dicti Julianus, & Antonius, & Joannes-Baptiſta filius dicti Juliani haberent cum dicto Teſtatore.

In omnibus autem aliis ſuis bonis &c. ſuos hæredes univerſales inſtituit &c. pauperes Pueros Hoſpitalis dell' Innocenti de Florentia, & ſeu dictum Hoſpitale Innocentium de Florentia.

Executores autem, & Fideicommiſſarios dicti Teſtamenti fecit, & conſtituit Carolum de Gondis, & Joannem-Franciſcum filium Antonij-Nicolai de Peruzzis, & caſu quo dictus Carolus deceſſerit, loco ſui poſuit Bernardum ejus filium; & caſu quo deceſſerit dictus Julianus, loco ſui poſuit Bernardum ejus filium; & ſi deceſſerit dictus Joannes-Franciſcus, loco ſui poſuit Nicolaum ejus fratrem, & filium dicti Antonij de Peruzzis.

Et prout latiùs, & pleniùs conſtat, & apparet in Inſtrumento dicti Teſtamenti rogato ab olim egregio Ser Bartholomeo quondam Laurentij de Adamis, ad quod &c.



Marcus de Bellinis Notarius, ac ex Ministris Generalis Archivij publici Florentini in fidem subscripsit hac die decimâ quintâ Septembris 1701. salvo. &c.

Attesté par Jean-Baptiste Tozzi Proveditеur du Proconsul de Florence le seiziéme Septembre 1701.

Signé, Jean-Baptiste Tozzi Proveditеur, avec le Sceau comme à la page ccclxx.

Et certifié par les Negocians, ou Banquiers Expeditionnaires de Florence, Signé
Joseph Frescobaldi.

Attestation autentique du Vicechancelier de l'Oeuvre de Sainte Marie de la Fleur, qui est l'Eglise Metropolitaine de Florence sur le Testament d'Antoine fils de Leonard de Gondi de l'année 1486.

IN Dei nomine Amen. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo primo, die verò decimâ septimâ mensis Octobris.

Fides per me infrascriptum qualiter in Libris existentibus in Opera Sanctæ Mariæ Floris Civitatis Florentiæ, in quibus adnotari, regerique solent, ac debent Testamenta, cæteraque ultimæ voluntatis Instrumenta,

quæ juxta viridem obſervantiam, vigore ordinamentorum Civitatis prædictæ nullam merentur executionem, niſi priùs de ſolutione cujuſdam taxæ dictæ Operæ pro ipſis debitæ per legitimam fidem manu Cancellarij, vel mea conſtiterit, inter cætera apparet in Libro 6. Sanctæ Mariæ Novellæ à 104. vulgariter deſcriptum quantum ſequitur videlicet, & habet in margine quod in ea notatum eſt.

Antonio di Lionardo Gondi Cittadino Fiorentino reſtò a dì ſedici di Giugno mille quattrocento ottanta ſei per rogo di Ser Fino, di Domenico Fini Cittadino, e Notaio Ferrareſe, & Erede fece Aleſſandro, Franceſco, Girolamo, Piero, Bernardo, e Guidubaldo, oggi chiamato Antonio per egual' porzione. lir: 3.

Mori in Ferrara come ſi dice, à di 16. di Giugno 1486.

MCCCCLXXXVI. die XV. Julij ſolvit Alexander ejus filius lib: 3. Dominico Joannis de Bartolis Camerario à 2. in termino: in cujus rei teſtimonium propriâ manu ſubſcripſi, ſolitoque dictæ Operæ ſigillo munivi.

Andreas de Ferrantis Vicecancellarius.

Atteſté par Jean-Baptiſte Tozzi Provediteur du Proconſul de Florence le dernier Octobre 1701.

Signé, Jean-Baptiſte Tozzi Provediteur, avec le Sceau, comme à la page clxx.

Et certifié par les Negocians, ou Banquiers Expeditionnaires de Florence, le meſme jour trente-uniéme Octobre 1701. Signé

Joſeph Freſcobaldi.

Sinibalde Corboli.

Testament de Gualterotte de Gondi du dix Aoust dans lequel il est fait mention d'Antoine de Gondi.

IN Dei nomine, Amen. Anno Domini nostri Jesu Christi ab ejus salutifera Incarnatione millesimo septingentesimo primo, indictione nonâ, die verò vigesimâ-sextâ mensis Januarij Clemente X. Summo Pontifice, & Serenissimo Cosmo III. Medices Magno Duce Etruriæ VI. feliciter dominantibus.

FIdes per me infrascriptum qualiter in infrascriptis Libris, & paginis existentibus in Officio Gabellæ Contractuum Civitatis Florentiæ apparet infrascriptum videlicet.

B. 51. à 192. Gualterottus olim Bilicozzi Gondi Populi Sanctæ Mariæ Ugonis condidit Testamentum decimâ Augusti 1400. in quo reliquit.

Simoni, & } olim Gerij Gondi.
Joanni }

Antonio }
Jacobo, & } filiis dicti Simonis.
Salvestro }

Zenobio quondam Gerij Gondi.

Andreæ }
Nicolao, & } filiis dicti Joannis Gerij Gondi.
Gerio }

Hæredes instituit Dominam Lettam, & Dominam Philippam sorores suas carnales &c. rogò Ser Giuntazzo di Simone di Giuntazzo da Montevarchi aliàs Sergiunta.

Certificat de l'extrait du Testament de Simon fils de Geri de Gondi du sixième Decembre 1401.

1401. F. 53. à 201. Simon olim Gerij Gondi Populi S. Mariæ Ugonis condidit Testamentum die sextâ Decembris 1402. rogatus Ser Laurentius Ser Jannini &c. legavit amore Dei Margaritæ pupillæ filiæ Catharinæ sclavæ ipsius Testatoris pro ea maritanda, seu in Monasterium collocanda florenos centum auri &c. legavit Bartholomæo filio olim Jacobi vocati Papi nepoti ipsius Testatoris unum Podere positum in Populo S. . . . . . de Campi, quod Podere fuit Alberti Buonaccursi cum omnibus &c. legavit Laurentio filio olim Antonij filij dicti Testatoris florenos trecentos auri scriptos super Monte Communis Florentiæ. Hæredes universales instituit Silvestrum filium dicti Testatoris pro una tertia parte, & filios olim Leonardi, olim filij emancipati dicti Testatoris, & nepotes dicti Testatoris pro alia tertia parte, & filios olim Antonii, olim filij emancipati dicti Testatoris pro alia tertia parte.

Sentence arbitralle renduë en 1404. par laquelle Jean de Rossy est condamné envers les enfans de Leonard de Gondi au payement de soixante Florins d'or.

1404. E. 56. à 56. Latum fuit laudum inter Joannem Francisci de Rubeis de Florentia ex parte una, & Julianum Leonardi Gondi Populi Sanctæ Mariæ Ugonis, & Belicozzum, Leonardum, & Catharinam, fratres, & sorores, & filios olim dicti Leonardi ex parte una,



& Silvestrum Simonis Gerij Gondi ex parte altera per Nicolaum-Marcum Spinellini Arbitrum dilectum, &c. in quo Laudo dictus Joannes-Francisci fuit condemnatus ad solvendum dictis Juliano Bilicozzo, Leonardo, & Catharinæ, Silvestro, Bectino, & Taddæo florenos 60. auri. Item quod dictus Joannes permutabit in Leonardum, Antonium & Dominicum fratres, & filios olim dicti Simonis Gondi quantitatem florerorum 163. in Libro Comunis Florentiæ, vel super Monte &c. rogatus Ser Paulus Pieri Bartholomæi die octavâ Julij 1405.

Lise Comi femme en premieres nôces de Zenobi de Gondi, & en secondes nôces d'Antoine Pierrozzy reconnoît avoir receu de ses enfans du premier lit heritiers de Zenobi de Gondi flor: 700. à elle dûë pour sa dot.

1420. B. 72. à 122. Domina Lisa olim Andreæ Comi, & uxor olim Zenobij Joannis Gondi, & hodie uxor Ser Antonij Nicolai, Ser Pierozzi Populi Sancti Stephani Florentiæ fecit finem Joanni Gerij Gondi, & Nicolao filio dicti Joannis & Andreæ, & Gerio fratribus. & filiis dicti Joannis hæredibus dicti Zenobij quondam viri dictæ Lisæ de flor: 700. quos pro dote debebat recipere &c. Rogò Ser Gio: di Dino di Piero 22. Settembre 1421. &c.

Expedié par Nicolas de Puccini Souschancelier des Gabelles des Contracts de Florence avec le Sceau, comme à la page ccccliv.



Atteſté par Jean-Baptiſte Tozzi Proveditcur du Proconſul de Florence le troiſiéme Février 1701.

Signé, Jean-Baptiſte Tozzi Proveditcur avec le Sceau, comme à la page ccclvij.

Et certifié par les Negocians, ou Banquiers Expeditionnaires de Florence, Signé

Coſme del Sera.

Joſeph Freſcobaldi.

Certificat de l'Extrait du Teſtament d'André fils de Jean de Gondi de l'année 1427.

IN Dei nomine Amen. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo primo, die verò primâ menſis Februarij.

Fides per me infraſcriptum qualiter in Libris infranotatis exiſtentibus in Opera Sanctæ Mariæ Floris Civitatis Florentiæ, in quibus adnotari registrari [illegible], ac debent Teſtamenta, cæteraque ultimæ voluntatis Inſtrumenta inter alia apparent in ipſis deſcripta infraſcripta nomina, partim latino, & partim vulgari ſermone, videlicet.

In Libro ſeptimo Quarterij Sancti Joannis à 10. Andreas olim Joannis Gerij Gondi Populi Sanctæ Mariæ Ughi de Florentia, condidit Teſtamentum 1427. manu Ser Joannis Marci Petri de Fabbiano D. Leonardum Andreæ Stagij de Figliano Vallis Sevis, reliquit libras duas, l: 3. 15.

Item à 82.

Julien de Gondi a esté institué heritier de Simon de Gondi son ayeul le dix Juillet 1403.

Julianus olim Leonardi Simonis Gerij Gondi Populi Sanctæ Mariæ Ughi de Florentia, ut hæres dictus Julianus dicti Simonis ejus avi ex Testamento per eumdem Simonem, & prout in quadam revocatione, & prout constat manu dicti Ser Onofrij Nicolai Dantis in Libro ejus à 67. die 20. Julij 1403. factâ dictâ revocatione, & à 86. dicit in dicto Libro Ser Laurentius Ser Joannis idem Testamentum rogasse de anno dicto 1403. & die 18. Julij in dicto Libro Ser Onofrij à 107. prout in Inventario facto de rebus dicti Simonis, & bonis ejusdem Testatoris, videlicet multa bona, & prædia, & domus, & apothecæ.

Item in Libro quarto Quarterij Sanctæ Crucis apparet à 123.

Simone di Salvestro Gondi testò à dì 7. d'Agosto 1449. per rogo di Ser Agnolo di Piero di Tommaso da Terra nuova, e lasso come sopra, e rede fece Filippo, Carlo, e Mariotto suoi fratelli carnali.

Item in Libro sexto Quarterij Sancti Spiritûs apparet à 14.

Filippo di Salvestro Gondi testò à dì 2. di Novembre 1461. per rogo di Ser Domenico di Ser Giuliano di Lorenzo da Ripa, e lasso lire due, e rede fece Carlo, e Mariotto suoi fratelli. 2.

Item in Libro septimo Quarterij Sanctæ Mariæ Novellæ apparet à 85.

Extrait

Extrait du Testament de Magdelaine de Gondi femme de Jean de Salviati.

Lena filia olim Silvestri de Gondis, uxor olim Joannis Alamanni de Salviatis condidit Testamentum die..... mensis Junij 1503. manu Ser Juliani, Ser Dominici Laurentij à Ripa, hæredes instituit filios Jacobi de Salviatis suos nepotes ex filio l: 3.

Extrait du Testament de Pierre, fils de Philippe de Gondi du premier Avril 1556.

Item in Libro nono Quarterij Sanctæ Crucis apparet à 146. Petrus Philippi Caroli de Gondis Civis Florentinus condidit Testamentum die primâ Aprilis 1556. manu Ser Philippi Angeli de Argentis, hæredes instituit ejus filios nascituros sin ante alios, ut in testamento. l: 3.

Item in Libro undecimo Quarterij Sancti Spiritûs apparet à 7. Piero di Gio : di Mariotto Gondi fece Testamento a dì 18. di Settembre 1590. per rogo di Ser Francesco, di Ser Niccolò Parenti redi Gio: di Bernardo Rucellai l: 3. 10.

In cujus rei testimonium propriâ manu subscripsi, solitoque dictæ Operæ sigillo munivi.

Andreas de Ferrantis Vicecancellarius.

Attesté par Jean-Baptiste Tozzi Proveditеur du Proconsul de Florence le troisiéme Février 1701.

Signé Jean-Baptiste Tozzi Proveditеur, avec le Sceau, comme à la page clxj.

Et certifié par les Negocians, ou Banquiers Expeditionnaires de Florence, Signé

Cosme del Sera.

Sinibalde Corboli.

Testament de Magdelaine Covoni épouse d'Antoine, fils de Simon de Gondi du 4. *Juillet* 1430.

DOmina Magdalena, vocata Lena, vidua filia olim Nobilis, & egregij Militis D. Bettini de Covonibus de Florentia, & uxor olim Antonij Simonis Gerij Gondi Populi Sanctæ Mariæ in Campo de Florentia condidit Testamentum die quartâ Julij 1430. rogatum manu Ser Cini Cini Bonaccursi de Montaione, sepulturam sibi elegit subtus Voltas primi Claustri Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Novellæ, & in sepulcro Domini Antonij Viri sui.

Item reliquit Joanni Nicolai D. Bettini de Covonis.

Item reliquit Catharinæ filiæ Joannis Nicolai Riccardi de Cherchis, & Dominæ Antoniæ dictæ Testatricis filiæ neptis dictæ Testatricis, ex filia in auxilium &c.

Item reliquit Nicolosæ nepti suæ ex filia dictæ Testatricis, & filiæ Masi olim Cristophori Masi, & Dominæ Seluagiæ filiæ dictæ Testatricis &c.


Item reliquit Paulæ germanæ sorori suæ &c.

In omnibus &c. Dominam Vaggiam filiam suam, & uxorem Masi de Masis, Dominam Antoniam alteram filiam suam, & uxorem Joannis de Cherchis &c. quibus deficientibus sine filiis legitimis &c. substituit Hospitale Sanctæ Mariæ Novæ de Florentia.



ATtestor ego Notarius infrascriptus extraxisse suprascripta ex quadam carta pecudinea antiqui caracteris conscripti existentia in Archivio Venerabilis Hospitalis Sanctæ Mariæ Novæ Civitatis Florentiæ, & in quadam capsula 44. sub numero 132. ad instantiam Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Abbatis Caroli-Antonij de Gondis Nobilis Florentini, & Regiæ Celsitudinis Serenissimi Cosmi III. Etruriæ Magni Ducis à Secretis, & à Consiliis, & factâ diligenti collatione, salvâ semper meliori, concordare inveni cum supradicto originali prout mihi assertum fuit ab admodum Reverendo Domino Francisco Maria de Duccis insignis Collegiatæ, & Sæcularis Ecclesiæ Sancti Laurentij Civitatis Florentiæ Cappellano, & in eadem Civitate perito Scriptore, quia una simul rescontravimus.

In quorum fidem &c.



EGo Joannes-Antonius Pecorinus quondam Philosophiæ, ac Medicinæ Doctoris Alexandri filius, Notarius publicus Florentinus de prædictis fidem facio, & in fidem me subscripsi, meoque solito Tabellionatûs signo signavi ad laudem Dei &c.

THomas ex Comitibus della Gherardesca Jurisconsultus, Metropolitanæ Florentinæ Ecclesiæ Decanus, ac Prothonotarius Apostolicus, necnon Illustrissimi, & Reverendissimi D. D. Leonis Strozza,



Dei, Sanctæque Sedis Apostolicæ gratiâ Archiepiscopi Florentini Vicarius Locumtenens, & Officialis in spiritualibus, & temporalibus Generalis, Universis, & singulis fidem facimus, & attestamur, suprascriptum Dominum Joannem-Antonium de Pecorinis, qui de prædictis fidem fecit, fuisse, & esse talem, qualem se facit Civem ac Notarium publicum Florentinum, Curiæque Archiepiscopalis Florentinæ alterum ex Actuariis, ejusque scripturis, & attestationibus, subscriptionibus, & similibus semper adhibitam fuisse, ac de præsenti adhiberi plenam indubiamque fidem in judicio, & extra, & ab omnibus indifferenter. In quorum &c. Datum Florentiæ in Archiepiscopali Palatio hac die tertiâ Novembris 1701.



Valerianus Vergellius Florentinus Civis, Curiæque Archiepiscopalis Florentinæ Actuarius, de mandato in fidem subscripsi.

NOi infrascritti Negozianti della Piazza di Firenze, attestiamo per la verità à chi s'aspetta, qualmente il retroscritto Signore Gio: Antonio Pecorini, che si è rogato del retroscritto transunto, è tale, quale si fà, Notaio publico Fiorentino, & alle sue scritture, Instrumenti, attestazioni, soscrizioni, e cose simili, sempre gli si è prestata, e di presente gli si presta piena & indubitata fede da tutti indifferentemente,

in fede di che ci siamo soscritti di nostra propria mano questo dì tre Novembre 1701.

Giuseppe Frescobaldi mano propria.

Sinibaldo Corboli mano propria.

Certificat du Testament de Noble & sage Charles fils de Silvestre de Gondi Patrice de Florence du 4. Aoust 1492.

FIdes per me infrascriptum, qualiter in quadam Filxa Rogituum olim egregij Ser Juliani quondam Dominici de Ripa, reposita in Generali Archivio publico Florentino, inter cætera reperitur sub die quarta mensis Augusti millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo Testamentum conditum à Nobile ac prudente viro Carolo olim Silvestri de Gondis Cive Florentino Populi Sanctæ Mariæ Novellæ de Florentia, in quo plura disposuit, & suos hæredes universales instituit Bernardum, & Philippum fratres, & filios dicti Testatoris natos ex se, & Domina Alexandra de Valoribus ejus uxore.

Et prout latiùs in dicto Testamento ad quod &c.

Cyprianus Salvini Minister Archivij publici Florentiæ subscripsit die vigesimâ Julij 1701.

Attesté par Jean-Baptiste Tozzi Proveditcur du Proconsul de Florence le vingt-un Juillet 1701.

Signé, Jean-Baptiste Tozzi Proveditcur, avec le Sceau, comme à la page clxj.

Certificat du Testament d'Alexandrine de Valory, veuve de Charles fils de Silvestre de Gondi du 20. May 1493.

Fides per me infrascriptum, qualiter in quadam Filxa Rogituum olim egregij Ser Juliani quondam Dominici de Ripa, reposita in Generali Archivio publico Florentino, inter cætera reperitur sub die vigesimâ mensis Maij millesimo quatuorcentesimo nonagesimo tertio, Testamentum conditum ab honesta, & prudente muliere Domina Alexandra vidua, uxore olim Caroli, Silvestri de Gondis & filia olim Philippi Bartholomæi de Valoribus, in quo plura dispofuit, & suos hæredes universales instituit Bernardum, & Philippum ejus filios legiptimos, & naturales æquis portionibus.

Et prout latiùs in dicto Testamento ad qúod &c.

Cyprianus Salvinius Minister Archivij publici Florentiæ subscripsit die vigesimâ Julij 1701.



Attesté par Jean-Baptiste Tozzi Proveditеur du Proconsul de Florence le vingt-uniéme Juillet 1701.

Signé, Jean-Baptiste Tozzi Proveditеur

Certificat d'une donation faite par Teſtament à Alexandrine de Valory par Charles fils de Silveſtre de Gondi ſon mary du quatre Aouſt 1492.

IN Dei nomine, Amen. L'anno del noſtro Signore Gieſù Chriſto dalla di lui ſalutifera Incarnazzione mille ſettecento uno indizzione nona à dì 14. Luglio nel Pontificato di Clemente X I. Sommo Pontefice, e felicemente dominante il Sereniſſimo Coſimo III. Gran Duca di Toſcana.

FEde per me appiè ſottoſcritto, qualmente nel Libro O. ſecondo delle Doti eſiſtente nell' Offizio della Gabella de Contratti della Città di Firenze infra l'altre Doti vi appariſce a 59. regiſtrato ſotto di 23. Gennaio 1533. la ſeguente partita &c.

Madonna Aleſſandra Donna fù di Carlo di Salveſtro Gondi, e figliuola di Filippo di Bartolommeo Valori laſcito per Teſtamento da detto Carlo ſuo Marito fiorini trecento di groſſi rogo per Ser Giuliano di Domenico da Ripa ſotto dì 4. Agoſto 1492. ed è Madonna, & uſufruttuaria di tutti i ſua Beni con i ſua figliuoli, e viſto paga la Gabella nel dì, e godette la grazia per la legge fior: 300.

La quale viſſe meſi noue doppo la morte del marito.

Niccolò Puccini Sottocancelliere, avec le Sceau comme à la page ccccliv.

Attesté par Jean-Baptiste Tozzi Proveditcur du Proconsul de Florence le vingt-neuviéme Juillet 1701.

Signé, Jean-Baptiste Tozzi Proveditcur, avec le Sceau, comme à la page ccccclvj.

Contract de vente de la troisiéme partie des Biens compris dans le Fideicommis d'Alexandre Gondi.

FIdes per me infrascriptum, qualiter in Protocollis olim egregij Ser Joannis quondam Matthæi de Falgano repositis in generali Archivio publico Florentino inter cætera reperitur à ro. sub die sexta mensis Decembris millesimo quingentesimo nonagesimo.

Magnifici, & Nobiles Viri, Nicolaus, Bartholomæus, Americus, & Antonius fratres, & filij quondam Bernardi, Antonij de Gondis Cives Florentini, videlicet dictus Nicolaus ejus nomine proprio ut hæres, & ut hæres fideicommissarius pro tertia parte hodie ex testamento Alexandri, Antonij de Gondis sui patrui stante morte Petri, & Benedicti suorum fratrum utrinque conjunctorum majorum natorum dicti Bernardi sine filiis, & descendentibus, & ut major natu hodie dictorum filiorum Bernardi de Gondis, & hæreditatem pro dicta rata, & portione dicti Alexandri sui patrui adeundo, & fideicommissum agnoscendo &c. Et dicti Bartholomæus, Americus, & Antonius, ut vocati & invitati ad fideicommissum suprascripti Alexandri de Gondis eorum patrui tanquam filij & descendentes dicti Bernardi eorum Patris ordine successivo in natu majore secundùm formam, & dispositionem Testamenti



menti dicti Alexandri de Gondis in omnibus, & per omnia ad quod habeatur relatio, & se retulerunt &c. cum Decreto illustrissimi Magistratùs D D. Consiliariorum Reipublicæ Florentinæ, & vigore benigni Rescripti Suæ Celsitudinis Serenissimæ, dederunt & vendiderunt.

Multùm illustri D. Hieronymo quondam Francisci Hieronymi de Gondis Nobili Florentino.

Tertiam partem unius Domûs magnæ sitæ Florentiæ in Populo Sanctæ Mariæ Majoris Civitatis prædictæ divisam, in qua ad præsens habitant dicti Bartholomæus, & Antonius de Gondis, prout de divisione constat per laudum latum inter dictos fratres de Gondis, & dictum Dominum Hieronymum modis, & nominibus, quibus in laudo rogato manu Ser Angeli del Favilla sub die triginta Martij 1566 cum omnibus suis juribus, habituris, & pertinentiis, cui integræ domui adsunt confines prout in dicto laudo, & dictæ tertiæ parti à primo via, quæ tradit ad Plateam Sanctæ Mariæ Majoris; à secundo Ecclesia S. Mariæ Majoris, via mediante ut vulgò dicitur *della Porta del Fianco* dictæ Ecclesiæ *senza riuscita*; a tertio & quarto duæ aliæ tertiæ partes dictæ Domûs spectantes ad alios fideicommissarios dicti Alexandri de Gondis infra prædictos fines, vel alios.

Item tertiam partem duorum Prædiorum pro indiviso cum aliis fideicommissariis cum domo pro Domino, & cum domibus pro laboratoribus, & cum terris laborativis, vitatis, olivatis, fructatis, & nemoratis sitorum in Populo Sanctæ Mariæ à Vicchio Maggio Vallis Grevis Comitatûs Florentiæ uno dicto *il Podere di sopra, e l'altro il Podere di sott.* cum omnibus eorum juribus, & pertinentiis quibus bonis à primo Flumen Grevis, à secundo bona Ecclesiæ sanctæ Mariæ

à Vicchio maggio ; à tertio hæredum Philippi de Scolaris ; à quarto Leonardi de Pittis ; à quinto Rio infra prædictos confines, vel alios, si qui forent plures & veriores, & in effectu tertiam partem omnium Bonorum spectantium ad dictos filios Bernardi de Gondis vigore testamenti Alexandri, Antonij de Gondis eorum patrui rogati manu Ser Antonij, Ser Francisci de Arezio Notarij publici Florentini sub die vigesimâ sextâ Januarij 1520.

Pro pretio Florenorum trium millium quingentorum auri monetæ de libris septem piccioli pro Floreno ad integram Gabellam, & omnes expensas dicti D. Hieronymi emptoris.

Et prout latiùs in dicto Instrumento emptionis ad quod &c.

Cyprianus Salvini Minister Archivij publici Florentini subscripsit die decimâ sextâ Maij 1702. salv. &c.

Attesté par Jean-Baptiste Tozzi Provediteur du Proconsul de Florence le dix-septiéme Juillet 1702.

Signé, Jean-Baptiste Tozzi Provediteur avec le Sceau, comme à la page ccccclvj.

Et certifié par les Negocians, ou Banquiers Expeditionnaires de Florence, Signé

Joseph Frescobalde.

Leon Batiste del Chiaro.

Teſtament d'Alexandre de Gondi portant ſubſtitution graduelle & perpetuelle, du 26. Janvier 1520.

LO ſpettabile uomo Aleſſandro d'Antonio di Lionardo Gondi fece Teſtamento l'anno 1520. ne 29. Gennaio per rogo di Ser Antonio di Ser Franceſco d'Ottaviano degli Ottaviani d'Arezzo e doppo vari Legati inſtituì Erde univerſale come apreſſo.

In tutti gl' altri ſuoi Beni mobili, & immobili, ragioni, nomi, e azzioni inſtituì ſuoi Eredi univerſali, e fece, e vuolſe eſſere Pier' Antonio ſuo figliuolo legittimo, e naturale, e ciaſcuno ſuo figliuolo maſchio, che naſcirà di ſe, e di ciaſcuna ſua moglie legittima, e quelli ſcambievolmente ſoſtituì vulgarmente, e pupillarmente e per fidecommiſſo &c. e quando non accaggia a detto Teſtatore naſcere figliuoli maſchi, ogni volta che morrà detto Pier' Antonio ſoſtituì per fidecommiſſo e figliuoli, e deſcendenti maſchi legittimi, e naturali, che naſceranno di detto Pier' Antonio, e di ciaſcuna ſua moglie legittima in ſtirpe, e non in capi, e ſcambievolmente ſoſtituì per fidecommiſſo in ſtirpe, e non in capi' e figliuoli di chi ſara morto, e di quelli, che ſi morranno, & i ſuoi nipoti, e biſnipoti, quando ſaranno paſſati di queſta vita, ſoſtituì e lor figliuoli, e deſcendenti maſchi legittimi, e naturali, e nati di legittimo matrimonio in ſtirpe, e non in capi inſino in infinito. E ſe gl' accaderà, che Pier' Antonio, e gl' altri figliuoli del detto Teſtatore, o deſcendenti, che naſceranno, moriſſi ſenza figliuoli, o deſcendenti



